

RICHARD VOLKMANN:

DE ORACULIS SIBYLLINIS DISSERTATIO.
SUPPLEMENTUM EDITIONIS A FRIEDLIEBIO
EXHIBITAE.



F
H
I
80

DE

ORACULIS SIBYLLINIS

DISSERTATIO

SUPPLEMENTUM EDITIONIS A FRIEDLIEBIO EXHIBITAE.

ON THE HISTORY OF THE

DISSOLUTION OF THE

MONASTIC SYSTEM IN GREAT BRITAIN

L

17/451 ✓

f
h
i
80

DE

ORACULIS SIBYLLINIS

DISSERTATIO

SUPPLEMENTUM EDITIONIS A FRIEDLIEBIO EXHIBITAE.

SCRIPSIT

RICARDUS VOLKMANN

PHIL. DR. SEM. PHIL. REG. HAL. SOD.

LIPSIAE

T. O. WEIGEL.

1853.

ORACIUS BIBLIARIS

DISSERTATIO

DE REBUS BIBLIARIS ET DE LIBRARIIS

AVGVSTVS

FRANCISCVS VON SIEBOLD

AVGVSTVS

FRANCISCVS VON SIEBOLD
AVGVSTVS

Oraculorum corpus, quod Sibyllarum nomine inscriptum hodie circumfertur, cum in eo argumento versetur, quod ad theologos magis, quam philologos pertineat, criticorum ingenia parum exercuit, immo fere prorsus neglectum et paene obliteratum jacuit. Etenim praeter Alexandrum neminem novi philologum, qui de Sibyllinis edendis bene meruerit. Nam priores editores, si fortasse Opsopoeum exceperis, in recensendo oraculorum textu admodum tumultuarie processerunt, et interpretis officio mediocriter functi sunt. Primus autem Alexander, cujus oraculorum recognitio, anno 1841 Parisiis prodit, subsidiis criticis satis idoneis instructus, eam Sibyllinorum paravit editionem, quam non una tantum ex parte laudabilem dixeris. Nam codicum auctoritate accurate perpensa, textum innumeris vitiis purgavit, lacunas aut recte indicavit, aut ingeniose explevit, notas addidit doctas et copiosas, in quibus multa de elocutione oraculorum et ratione metrica huc illuc notata invenias. Quapropter valde dolendum est, quod cum primus tantum huius editionis prodierit tomus, etiamnunc nova eorum oraculorum recognitio desideratur, quae Angelus Maius ann. 1817 et 1828 ex Ambrosionae bibliothecae tenebris ad lucem reduxit: praeterea excursus desunt, quos „de graecitate et metrica Sibyllina“ se in secundo volumine additurum esse Alexander promiserat. Iam ecce novam accepimus Friedliebii editionem, vel potius recensionem, ad novas et accuratas codicum collationes institutam, praetextis prolegomenis illustratam et versione germanica instructam. Ac de singulorum quidem oraculorum origine et aetate post Bleekium in ephemeride theologica Berolinensi, accurate et diligentissime Friedliebii disputavit, integrum apparatus criticum in commentariis exhibuit, sed de elocutione ac rebus grammaticis et metricis fere nihil dedit, nisi parvas quasdam annotationes in prolegomenis latentes. Nos igitur, quoniam persuasum habemus, ex

accurata de rebus metricis expositione, etiam ad rem criticam aliquem fructum esse redundaturum, jam enim certum est parum auxilii in emendandis Sibyllinis a libris scriptis, plurimum e conjectura esse petendum, gratum fore censuimus viris doctis et antiquarum litterarum curiosis, si aliquot observationes interim proponerentur a nobis, illstrandis oraculis non prorsus inutiles.

§. 1.

DE CAESURIS ET VERSIBUS *ἈΜΕΤΡΟΙΣ*.

Elaborandis versibus parum operae navasse carminum Sibyllinorum auctores jam Suidas et Patres, qui eorum fecere mentionem monuerunt (Cf. Alex. prolegg. pg. LV): eamque rerum metricarum negligentiam, tam Sibyllinorum quam reliquorum oraculorum communem fuisse e Luciani lepidissimo Iove tragico, c. 6 et e Plutarchi libello cui nomen est *περὶ τοῦ μὴ χρῆσθαι ἔμμετρα τὴν Ἡσίοτον* discimus. Et subtiliora quidem poetarum Alexandrinorum de versu heroico praecepta in his carminibus frustra circumspici, ipsa eorum lectio vel obiter instituta, satis unumquemque docere potest. Sed aliud est versus componere non artificiose, aliud contra omnia fere metricorum praecepta peccare et versus formare adeo claudos et vitiosos, ut ne recitari quidem possint. Quorum cum in posterioribus potissimum oraculorum libris maximus inveniatur numerus, quaestiones oriuntur non facillimae iudicatu, altera, utrum ipsis Sibyllistis quos dicunt, an ineptis librariis imputanda sint haec vitia, altera quae cum priore arte conjuncta est, utrum emendanda sint vel sine ulla codicum auctoritate, necne. Iam vero cum certum sit, Sibyllistas a carminum Homericorum lectione alienos non fuisse, immo in elocutione fere totos ab Homero pendere et Hesiodo, mirum esset, nisi in metrica quoque ratione eorundem poetarum vestigia pressissent. Vitia autem, quibus oraculorum versus foedissime turbantur, maximam partem circa caesuram, hiatum et productionem brevium syllabarum in arsi factam versantur. Quapropter sic procedendum esse censeo, ut primum antiquissima examinentur oracula, quae virorum doctorum consensu usque ad Ptolemaeorum aetatem referuntur, et leges inquirantur et rationes, quas eorum auctores his in rebus secuti sint. Nam legibus semel inventis facillima erit vitiorum, si quae legibus illis contraria videntur, emendatio.

Itaque initium faciendum est a fragmentis a Theophilo contra Autolyicum II, 36 servatis et oraculorum libro tertio. Et in caesuris quidem eorum auctores a poetarum Alexandrinorum usu leviter recesserunt. Itaque in his quoque versibus primum locum obtinuit caesura post

tertium trochaicum facta, eaque cum semiseptenaria plerumque aliisque conjuncta: secundum semiquinaria cum semiseptenaria: simiquinaria per se fere nunquam posita est, nisi alia sequente caesura post quartum dactylum, quam tetrapodiam bucolicam metrici dicunt: semiseptenariam solam rarissime invenias. Has autem leges praecunte Callimacho, Apollonium Rhodium, Aratum, Nicandrum aliosque poetas didactici carminis ante Nonnum in universum observasse, facile unusquisque sibi persuadebit, qui eorum carminibus accuratius paullulum animum advertere velit. Et de Nicandro quidem dictum est in dissertatione de Nicandri Colophonii vita et scriptis p. 24. Ad Callimachum quod attinet, in hymno in Iovem, qui 96 versibus constat, caesuram trochaicam habent 66 versus, semiquinariam cum semiseptenaria 13, semiquinariam cum bucolica 16, solam semiquinariam unicus versus, nempe v. 58. Reliquorum poetarum usum prima uniuscuiusque versuum centuria probabo. Itaque apud Apollonium Rhodium trochaicam habent 60 versus, semquin. c. semspt. 16, semquin. c. buc. 23, semquin. solam unicus versus, v. 75. Apud Aratum, troch. 50, semq. c. semspt. 26, semq. c. buc. 23, semquin. solam unicus versus, v. 40. In Manethonianis, troch. 57, semq. c. semspt. 32, semq. c. buc. 7, semspt. solam 3 (v. 34. 85. 87.), semq. solam unicus versus, v. 56. Apud Maximum, troch. 66, semq. c. semspt. 14, semq. c. buc. 19, semspt. solam unicus versus, v. 12. Apud Cynegeticorum auctorem, troch. 62, semq. c. semspt. 21, semq. c. buc. 14, semq. solam tres versus (v. 42. 70. 73.). Apud Oppianum denique in *Halicuticis*, troch. 69, semq. c. semspt. 16, semq. c. buc. 14, semspt. solam unicus versus (v. 72). Fere easdem leges etiam antiquus Sibyllista secutus est. Itaque in fragmentorum et tertii libri versibus 784, undecies tantum caesuram semiseptenariam solam inveni, v. I, 38. 167. 185. 189. 329. 480. 636. 706. 709. 758. 760. Horum igitur oraculorum auctores etiamsi subtiliora Alexandrinorum praecepta de caesuris post secundum et tertium dactylum, de spondeorum usu et trochaica versuum clausula neglexerint, tamen apertum est, versus elumbes et omni numero destitutos nunquam formasse, neque formare unquam aut potuisse, aut voluisse. Cuiusmodi sunt hi, quos quemadmodum emendandos esse censuerim, infra scriptum est. V. 37:

*Αἰ γένος αἰμοχαρὲς, δόλιον, κακὸν, ἀσεβέων τε
ψευδῶν ἢ διγλώσσων καὶ κακοθεῶν ἀνθρώπων*

legi potest: *ψευδῶν διγλώσσων ἀνθρώπων ἢ κακοθεῶν*, nam *καὶ* abest a praestantioribus libris. V. 123:

Διμήτηρ τε καὶ Ἐστίη ἐνπλόκαμος τε Διώνη,

cum in Codd. F L R *τε καὶ* post *Ἐστίη* sequatur, legendum puto:

Διμήτηρ, Ἐστίη ἐνπλόκαμος τε Διώνη.

V. 128: οὐνεκά τοι πρέσβιστός τ' ἦν γε καὶ εἶδος ἄριστος, lege
οὐνεκά τοι πρέσβιστος ἦν τε καὶ εἶδος ἄριστος.

V. 134: Θήλεα δὲ ζῶντ' εἶων οἱ παρὰ μητρὶ τρέφεσθαι, lege
αὐτὰρ Θήλεα ζῶντ' εἶων παρὰ μητρὶ τρέφεσθαι,
nam οἱ deest in Codd. L R.

V. 208: Ἔστι πόλις [Ἀσίης] κατὰ χθονὸς εὐράγνια,
ad auctoritatem codd. F L R exhibuit Friedliebuis, addito Ἀσίης tam
metri causa, quam propter universum verborum contextum. Sed non
omitūi debebat τε ante κατὰ, quod iidem codices, in quibus post πόλις
scriptum est τε καί, suppeditant. Ceterum de legitima brevis syllabae
productione in caesura semiternaria infra dicetur. V. 316 pessime cor-
ruptum:

ῥομφαία γὰρ διελεύσεται διὰ μέσον σέτο
legendum puto: ῥομφαῖαι γὰρ σου διελεύσονται διὰ μέσσον. V. 437.
correxerit Alexander. V. 475:

Θρηῆες ἀκρόβυζοι ἀναστήσονται ἀν' Αἴμον
Alexander correxerit ἀπὸ Βύζαντος, sed l. δ' Ἀκροβύζαντος, id quod
Friedliebuis iam in versione vernacula expressit. V. 589:

Πήλινα, μιλόχριστα, ζωογραφίας τυποειδέεις
omittitur a Clem. Alex. qui totum locum citavit Protr. p. 60. Alia cor-
reptae vocalis autē ζ exempla, praeterquam in nominibus propriis, raro
in Sibyllinis inveni, et quoniam codd. F L R post μιλόχριστα, —
ἔτι καὶ inserunt, puto posteriorem huius versus partem deperisse, ζωογρ.
τυπ., quod nihil est nisi vocabuli μιλόχριστα glossa, librorum futi-
litate temere in textum illato.

Porro neque magis ea versuum genera ferenda sunt, quae aut
syllaba vel toto pede metrum excedunt, aut misserime decurtata sunt,
velut III, 1 qui quemadmodum emendandus sit, nescio. III, 2 quo in
versu σε non modo uncinis includi, sed prorsus deleri debebat, quo-
niam in praestantioribus codicibus deest. V. 47:

Εἰς ἔν ἰθύνουσα, τότε δὴ βασιλεία μέγιστη
Quoniam ἰθύνουσα epitritum quartum, non primum exhibet, una brevi
abundat. Codex autem Pr (editio Betuleji) cum διθύνουσα habeat, for-
tasse legendum est

εἰς ἔν δ' ἰθύνουσα, τότε ἄν βασιλεῖα μέγιστα
nam ἄν cum indicativo futuri conjunctum, ut aliquid futurum esse con-
fidentius significetur, etiam poetis Alexandrinis frequens est cf. Wellauer.
ad Apoll. Rhod. I, 416. Ceterum v. 48 post φανεῖται virgula inter-
pungendum est. Βασιλεῖα autem metri causa dedi, sive de compluri-
bus regnis sermonem fieri, sive poetico et Sibyllistarum more pluralem
numerum pro singulari positum esse dicis. V. 302:

Ἀθανάτος θ', ὅτι οἱ ναὸν Θεοῦ μέγαν ἐξαλάπαξεν
 tolli potest sine ullo enuntiatii detrimento *μέγαν*, quod plane abundat.
 Praestat tamen scriptura codicis Pr:

Ἀθανάτος θ', ὅτι Θεοῦ ναὸν μέγαν ἐξαλάπαξεν.

Hanc enim synizesin Homericam Sibyllistae non vitaverunt, cf. III, 70. (ubi vero, ne versus sine caesura maneat, ad auctoritatem codd. F G L R *οὔποθ' ὄλωσθε Θεοῦ εἰσέγκουσαν* legendum videtur) III, 762 ubi *Θεῶν* monosyllabum est. Quin adeo Attica synizesis in *Θεός* admissa est I, 122. 433. Sed I, 56 vocabula *αὐτὸς Θεός* recte jam Castalio transposuit. V. 344 emendavit Alexander. V. 511 praeeunte Castalione post *δώσεις* inserendum est *κακὸν*. V. 537:

Λούλειος δ' ἄρα ζυγὸς ἔσσεται Ἑλλάδι πάση

I. *δ' ἄρ' ἐπεὶ*, nam *ἄρα*, quod Alexander dedit, ferri non potest. Criticus dactyli lorum obtinuit v. 405 ubi delendum est *τε* quod in optimis libris deesse videtur. V. 511 jam Castalio recte *ἐν* expunxit. V. 82 Verba prorsus ametra, *καθάπερ βιβλίον εἰλεῖται*, profecta videntur a librario qui notissimum psalmorum locum in margine adscripsit. Nam aliam olim hujus versus clausulam fuisse, collatis VIII, 233 et 413 admodum verisimile videtur. Interdum palimbacchius vitiose pro dactylo positus est. Et v. 45 quidem recte correxit Alexander. V. 336 pro *ἡγεμόνων τε φθορὰν* I. καὶ φθορὰν ἡγεμόνων, nam correptum esse a in *φθορὰν* nemo mirabitur, quoniam iambica hujus vocabuli a *φθ* incipientis mensura versui heroico contraria est. V. 403 pro *ἀένναον* leg. *ἀένναον* coll. I, 185 et v. 404 *ἄιστον* non *πανάιστον*, quae vox nihili est, coll. I, 186. V. 487:

Καὶ Σικυὸν χαλκίους ὑλάγμασι, καὶ σὺ, Κόρινθε,

vitiosus est, nam in *ὑλάγμα* antepenultima corrigitur, cf. Cyneg. II, 456. Sed lege *χαλκίους*, quod in Codd. A R L est, formam Sibyllistis admodum frequentem. V. 510 pro *πορθέοντ' I. πορθεῖντ'* quod a negligente librario perperam lectum esse apparet. Tres versus, quibus legitima caesura deest, verborum transpositione sanandi sunt. De v. 70 dictum est. V. 529:

πᾶσαν ὕβριν πάσχοντας δεινὴν· ζούκ' ἔσει' αὐτοῖς

I. *δεινὴν πάσχοντας*. V. 571:

Ὅσσα μόνος βουλευέται οὐκ ἀτέλευτα Θεός γε

I. *ὅσσα Θεός γε μόνος βουλευέσεται οὐκ ἀτέλευτα*

de quo versus exitu testantur codd. L R. Atque *βουλευέσεται* habent optimi libri.

Hos autem versus, quorum medelam tam facili semper ratione invenimus, librariorum culpa imputandos esse, quis est qui neget? Idem de aliis quoque statuendum mihi videtur, etiamsi eorum corruptela non

tam in aperto posita est, velut v. 167. 225. 242. 345. 346. V. 782 praeferenda videtur scriptura codicum F L R *ἔσσειται δὲ γὰρ*, sine *καί*. Sed in his diutius desudare, tempus et oleum perdere est. Transeamus igitur ad aliam quaestionem, quae est de brevium syllabarum productione per arsin facta.

§. 2.

DE BREVIUM SYLLABARUM PRODUCTIONE IN CAESURIS.

Brevium syllabarum per arsin sive ictum quem dicunt productarum, tanta in hoc libro est multitudo, ut primo quidem aspectu, eam a mero Sibyllistae arbitrio pendere et in unaquaque versus sede concessam esse aliquis censeat. Sed in his caute procedendum est.

Itaque primum Alexandri observationem quae est de *ν ἐφελκυστικῶν* notamus, prolegg. pg. LVIII: dicit autem addi post *ε* et *ι* hanc litteram ad brevium syllabarum productionem in thesi: in arsi post *ε*, non semper post *ι*: quod nempe veteribus librariis minus egere hoc adiumento videretur *ι* natura anceps, quam *ε* natura breve, cum insuper ipsa caesurae vi utrumque iam satis productum haberi posset. Etenim haec observatio nec rationi conveniens est, neque vera, quia codices saepissime etiam in arsi post *ε* litteram *ν* omittunt, ed addunt interdum ubi minime necessaria est, immo numerum foede turbat. Porro maxima ipsorum codicum in his est varietas, quorum A B imprimis Pr fere ubique *ν* finale accurate ponunt, reliqui omittunt. Et nos quidem hac in re librariorum negligentiae non obtemperandum esse censemus, et ubique *ν* litteram esse restituendam. Quod si cui minus probatur, ubique saltem restitui debebat, si quae in codicibus eius exstant vestigia, velut I, 353. II, 50. 295. III, 178. 234. 249. 257. 262. 493. 518. 520. 641. 715. 768. 792. 794. V, 114. 183. 217. 382 (ubi secundum ea quae de formarum a *ππ* pro simplice *π* incipientium apud poetas Alexandrinos usu nuper Otto Schneiderus disputavit, e codd. A et Pr scribendum est *ξίφειν πολεμίζεσαι*). 388. 416. 503 aliisque in locis innumeris quos omnes enumerare non attinet. Hanc autem *ν* finalis omissionem e mera librariorum futilitate fluxisse, inde quoque probatur, quod in versuum clausula fere semper recte positum est. Constat enim apud poetas epicos addi in versuum fine *ν ἐφελκυστικόν*, ubicumque in initio sequentis versus vocalis posita sit, nulla interpunctionis ratione habita, de quo recte Arminius Koehly contra Hermannum disputavit in prolegg. in Quintum Smyrnaeum. Hanc autem legem, si paucos ultimorum librorum versus excipias; diligentissime Sibyllistae observaverunt. Cf. enim III, 106. 136. 146. 156. 162. 165. 173. 208.

220. 228. 238. 244. 253. 254. 255. 284. 289. 291 rell. In his igitur certas *leges* secutos esse Sibyllinorum auctores cum manifestum sit, eandem legum observantiam etiam in reliquis brevium syllabarum productionibus inveniri non mirabimur.

Nempe omnes breves syllabae arseos vi producuntur in versuum caesuris. Ac de semiquinaria quidem cf. III, 6. 75. 90. 213 (quamquam hoc in versu conjunctio *ϑ'* post *εὔσειθέσιν* deesse non potest). 254. 285. 466 (sed lege *παυλοδρόλλητον δέ τ'*). 691. 700. 732. 770. De semiseptenaria cf. III, 39. 74. 173. 397. 420. 512 (sed cod. B pro *Γὼγ* habet *ἄμαγωγ*, itaque legendum puto: *αἰαῖ σοι Μαγὼγ, ἄμα Γὼγ, καὶ πᾶσιν ἐφεξῆς*). 550 (sed *τ'* particulam post *σέβας* suppeditare videntur codd. F L R). 560. 747. De semiternaria cf. III, 33. 60 (sed transponi possunt verba: *δρόταν θεῖον*) 137. 183 (ubi vero collato I, 392 legendum videtur *πῶμ' ὕταν ἄρξωνται*). 331 (sed veram scripturam *πτολέμου* habet cod. Pr). 536 (sed l. *οἴσουσιν δ'*). 551 (sed recipiendum e codd. F L R *ἔστιν ἔτη*). 579 (sed *ϑ'ῶσα* habent F L R). 726 (sed legi potest *τέρψομεν ϑ'*). Praeterea semel tantum in alia versus sede brevis syllaba recte producta est, nempe v. 466 *τε κραίξει*, quod auctoritate Homeri in *πέλεκτον, κελεκίω* tueretur. Contra reliqui versus, ubi brevis syllaba in alia sede producta est, emendandi sunt. Frg. II, 31 legi potest *ἂ δὴ κῆρχισ' ἀγορεύειν*. III, 327 qui versus duplici vitio laborat:

Καὶ κατ' ἀνάγκην πάντες ἐλεύσοθε ἐς ὕλεθρον
I. *ἐλεύσονται*. V. 342:

αἰτανδροὶ πεσόνται· ἐν Ἄσσιδι μὲν Ἰασσός,

legendum censeo: *ἐν Ἄσσιδι [γῆ] μὲν Ἰασσός*. Ceterum notandum est in oraculis Sibyllinis ubique legi *Ἄσσις*, *Ἄσσιδος*, *Ἄσσιδι* per geminatam litteram *σ*. Apud antiquiores epicos *Ἄσις* penultimam habet productam et per unum *σ* scribitur, cf. Naekium ad Choerilum p. 115 atque sic olim etiam in Sibyllinis oraculis scriptum fuisse apparet e varia codicum scriptura III, 354. IV, 71. 79. V, 443. 466. VIII, 72. 154. IX, 205. Et saepe quidem librarii in vocabulorum prosodia parum versati in eo peccaverunt, quod ad producendam syllabam quae ipsis brevis videbatur, etiamsi longa erat, litteras sine ulla necessitate geminarent. Sic *Ἰασσός* male pro *Ἰυσός* legitur, de quo Iacobs. dixit in Anthol. Palat. 60. in Achill. Tat. 747. Seidler. in Eur. El. 485. *Ἐρινός* pro *Ἐρινός* cf. Hermann. praef. Soph. Antig. p. XIX sqq. *κονίσσαλος* pro *κονίσσαλος* v. Stoll. in Antim. frg. p. 105 et quae de nominibus in *ἦσός* et *ἦσός* disputaverunt Unger. Paradox. Theban. p. 291 Laback. Aglaoph. p. 410. 599. Porro III, 266 et 800 correxit

Alexander, et produci praeterea breves syllabas in vocalem exeuntes ante sequentem liquidam vel σ vix opus est quod notetur.

Contra pessima brevis syllabae productio in thesi, qua fit ut trochaeus spondei locum obtineat, ferri neutiquam potest. Itaque III, 260

Ἡὲ, λαθῶν βροτοῦς, πάση δίχη ἔξαπολεῖται
retinenda erat cum Alexandro scriptura cod. Pr. *Ἐνητοῦς*. —

§. 3.

DE HIATU.

Etiam hiatus varia genera latissime in oraculis Sibyllinis patent. Quorum duo legitima sunt et frequentissima non solum Homero et Hesiodo, sed Alexandrinis quoque poetis, etiamsi hi arctioribus interdum finibus eorum usum artificiose circumscripserunt: correptiones dico longarum vocalium ante vocalem dactylorum in thesibus, et hiatum dactylorum in arsi. Contra vitiosi sunt hiatus et legentium aures moleste percutiunt, quoties brevis vocalis ante vocalem legitur, vel longa seu diphthongus in thesi spondei.

Sed in prima thesi dactylorum vitiosum hiatum Sibyllista admisit, primum ante ea vocabula, quae olim digammate utebantur, velut III, 61 *τὰ ἔαστα*. Dein, quia permulta vocabula, quae Homeri aetate digammate instructa fuisse constat, etiam per spiritum asperum incipiunt (*ἄλις, ἄλωμαι, ἀνάνω, ἔ, ἔδνα, ἐκάς, ἔαστος, ἔηλος, ἔητι, ἔηρος, ἐζών, ἐλλίσσω, ἔννημι, ἔσπερος, ἦδὺς, ἦχι, οἶ* all.) hanc licentiam Sibyllista ad omnia vocabula aspirata transtulit, velut: III, 59: *λιθίνοις τε, ἦν*. v. 92: *μεγάλω ὄταν*. v. 144: *παριοῦσα, ὄθεν*. v. 240: *οὐδὲ ὄρος*. v. 461: *γαῖα ὕδωρ*. v. 643: *ἄναφοι δὲ ἄπαντες*. Huc accedit interdum vocabulum *ἦμαρ*, quod tamen saepissime in codicibus spiritum asperum habere pro leni, Alexander monuit prolegg. p. LVI. Denique concessus est hiatus, quoties vocales aliqua interpunctione dirimuntur, velut III, 672:

Χειρὸς ἀπ' ἀθανάτοιο. Ἀπουρανόθεν δὲ πεσοῦνται
et v. 809:

Οἰστομανῆς προλιποῦσα, ἐς Ἑλλάδα πεμπόμενον πῆρ.

V. 466 corruptus est et si praeterea versus exstant, ubi in codicibus omne corruptelae vestigium evanuit, etiam horum culpa in librariorum cadit et depravatum librorum statum, neque vero in ipsos carminum auctores. Huc autem pertinent v. 256: *εἰς τὸ ὄρος*. v. 301: *Βαβυλῶνι ἠμίσαστο ἄλγεα λυγρὰ*. v. 373: *πᾶσα ἀπ' οὐρανοῦ*. v. 476: *δὲ ἀπομώξασα*, quamquam vel in his versibus aliquantum hiatus per caesuram plerumque excusatur.

Etiam in secunda dactylorum thesi sub eisdem fere legibus vitiosus hiatus in oraculis ferendus est. Nam digamma habes v. 824: ἐνὶ οἴκῳ, spiritum v. 113: οὔνεκα οἶ, v. 141: τοὔνεκα οἶ, v. 192: βασιληίδα ἦς, v. 311: ἀπὸ αἵματος, v. 553: κακὰ ἤγγιμόνευσαν, interpunctionem v. 10: βαινέτε, ἀθανάτου. v. 16: ἐόντα, ἀτὰρ, v. 159: ἐγείρατο εἶτα. v. 341: χάσματα, ἦδὲ. v. 504: πολυώδυνε, εἰς σέ περ. Accedunt v. 301: ἐμήσατο ἄλγεια. v. 360: τὰ οὐρανόθεν. v. 563: κήδεα ἔσται. Corrupti videntur v. 399. 489. 778. At v. 3:

παῦσον βαιόν με· κέκμηκα γὰρ ἔνδοθε ἦτορ
legi potest: ἔνδοθεν quod in oraculis quoque interdum intus significat. cf. V, 433: τίς σε βροτῶν ἐπόθησε; τίς ἔνδοθεν οὐ χαλεπαίνει. V. 227: οὐδὲ τὰ Χαλδαίων τὰ προμάντια ἀστρολογοῦσιν, codd. F L R habent προμάντεια, itaque legendum fortasse προμαντεῖ ἀστρολογοῦσιν. V. 295:

Ἦνίκα δὴ μου θυμὸς ἐπαύσατο ἔνθεον ἔμνον
I. ἔτανσε τὸν.

Denique in thesi spondaica hiatus ferri non potest, nisi tertio et quarto pede post καί, et in quarto quidem post interpunctionem plerumque. Cf. v. 45. 87. 151. 204. 233. 258. 598. 800. Accedit v. 519:

ἐπιπέμψει ἔθνεσι πληγὴν
ubi excusandus est hiatus propter digamma et caesuram bucolicam. Propter interpunctionem ferri posset v. 361:

ῥίψει, ἐκ δὲ γαίης πάλιν οὐρανὸν εἰς ἀνεγείρει
nisi praeferenda esset scriptura F L R:

ῥίψει δ', ἐκ δὲ γαίης πάλιν κτλ.
V. 674: ἴξονται μεγάλοι, λάμπουσαι εἰς μέσον ἀνδρῶν
I. ἴξονται μεγάλοι, λάμπουσαι ἐς μέσον ἀνδρώπων.

§. 4.

DE ORACULORUM VITIOSA PROSODIA.

Peccare autem Sibyllas circa ancipites plurimarum syllabarum, dum in iis concessa a metricis licentia praeter modum abutantur: peccare in diphthongis et nominum proprium quantitate, iam Alexander monuit in praefatione editionis pg. LV. Atque haec vera sunt. Nempe in mediis vocabulis omnis diphthongus et vocalis longa ante vocalem pro metri necessitate corripi potest, nulla sermonis epici in his omnibus accuratioris ratione habita. De nominibus propriis non opus est dicere. At prioris generis in hac antiquiore oraculorum parte, modico numero exstant exempla, velut ἀλαλαγμὸς v. 694, αἰίρουσι v. 591, ἀσεβέτων v. 36 flagitante ipsa vocabuli longitudine. Sic ἀθάνατος, ἀάδιος, ἀναος

quod etiam Sibyllina habent, ἀποπέοντο, ἀνέφελος, ἀποπέεσσαν aliaque multa apud Homerum et Hesiodum sunt obvia, cf. Spitzner. de versu heroico p. 73. 599. Praeterea φαρμάκους v. 225, sed corruptus est hic versus, μεσημβρία v. 26 qui saepe recurrit; exstat etiam in Anthol. Planud. 369. τήρωσι v. 634. ζοιταί v. 781. Contra v. 127:

Καὶ ὅ' ἐζοιναν βασιλῆα Κρόνον πάντων βασιλεύειν

ι in ἐζοιναν prave corripiter. Sed ὅ' plane abundat et legendum est *κᾶζοιναν*. Nam frequentur in oraculis invenitur crasis: *κᾶν* Frg. II, 30. *κᾶζ* Frg. II, 33. *ζού* Frg. II, 14. 51. *κούζ* III, 629. 772. 794. *κῆν* v. 250. *κᾶνός* v. 399. *κᾶστησαν* v. 499. *κῆνοϊξαν* v. 500. *ζούδῃ* v. 596. *τοῦνεκα* Frg. II, 43. III, 141. 330. 500. *ζῆγγητῆρα* Frg. I, 6. Frg. II, 31 l. *κᾶσχισί* cf. supra. Sic *κᾶσχίνη*, *κᾶσχορός* et *κᾶ* apud poetas Atticos inveniuntur. Frg. II, 23 vitiosam Theophili scripturam *καὶ ἐστήρια φάρη* Alexander ita emendavit, ut *αἴσθησιν ἀφαιρεῖ* scriberet. Friedliebuis dedit *κᾶσθησιν ἀφαιρεῖ*. Sed *αι* in *καὶ* per elisionem tolli non potest, saltem non apud poetam Alexandrinum, nam unicum huius rei apud Diog. Laert. IV, 9. 66 exstat exemplum v. Meinekium Exerc. Athen. I p. 52, itaque scribendum erat aut *κᾶσθησιν*, aut *κᾶσθησιν*. Sed acquiescendum erat in emendatione Alexandri.

§. 5.

DE HEROICO ANTIQUIORUM ORACULORUM VERSU IN UNIVERSUM ET DE ELOCUTIONE.

Iam vero, ut disputationis summam paucis comprehendamus, apparet Sibyllinorum auctores, qui Ptolemaei aetate floruerunt a severiore ratione, quam reliqui poetae Alexandrini in elaborandis versibus anxie secuti sunt, recessisse et rediisse potius ad simplicitatem Homericam. Itaque et hiatus admiserunt saepissime et brevium syllabarum productionem in caesuris, quam Homero quoque frequentem esse, satis constat. Cf. Hermann. Orph. pg. 697. Geppert. de carm. Homer. origine II, p. 4. 599. Correptiones Atticas ubivis invenias. Crasis et synthesis duriora exempla non vitata sunt. At haec omnia consulto a Sibyllista ita facta esse censeo, ut affectata illa simplicitate legentium oculis offunderetur, et ipsius carmina subditicia maiorem inde antiquitatis speciem acciperent.

Atque eandem fere rationem etiam in elocutione, quae multum a docto et elegante poetarum Alexandrinorum colore abest, secutus esse Sibyllista mihi videtur. Primum enim maximus apud eum vocabulorum numerus exstat, quorum recentem originem statim agnoscimus, cum

apud Polybium tantum, Diodorum, Strabonem, Plutarchum, Appianum aut recentiores poetas inveniuntur. Huc autem pertinent: ἀβροχίη, ἀδούλωτος, αἰμοχαρής, ἀκράτητος, ἄμμιγα, ἀπλάνητος, αὐτογενής (Frg. I. 17 nam de Aesch. Suppl. v. 8 dubitatur et alia huius vocabuli eo in loco est significatio), ἄφθαρτος, ἄψευστος, βασιλείων pro βασιλεία, βροχίη, γαισός (vel potius γαῖσος v. Arcad. p. 75) γαλῆ felis, γνώστης (Moeris pg. 116: γνωστῆρας ὡς Ξενοφῶν, τοὺς γνωστὰς), δολόφρων, ἐγγαστριμυθος, εἰδωλολατρὸς, ἐκνήφω, ἐκριζῶ (Frg. II, 21 l. ἐκριζοῦσθε), ἐπαιδὸς, εὐπλωτος, εὐρωστος, ζιστός, θεόπλαστος, κακοκερδής, καρπιζῶ, κληρονομέω τι (v. Phrynich., p. 129), κτιστής (immo κιστήης), λάθριον, λιθοξόος, ὄμβρέω τι pluvia aliquid irrigo, πνρόεις, ἔμφομαι, ἔμφαια, σαρχοβόρος, σητήβρωτος, σελεύω, συναγωνιάω, ταρσοὶ ἀλαε, τυποειδής, τῦφος superbia, ὑπέριμαχος, ὑψηλός (Nicander) ὑπόω, φροστήρ, χωνεύω, ψευδογραφέω τινὰ (v. 430 scribendo aliquem decipio) ψευδογράφος, ψευδόπατρις. Alia praeterea vocabula apud Anthologiae tantum poetas redeunt, velut ἀλινηχίης, θεότευκτος, παγγενέτειρα (παγγενέτης et παγγενέτωρ in Orphicis exstant), πετεινός pro πετεινός, πολνώδωνος, φλογόεις, aut Orphica in memoriam vocant, velut: καθοδηγοὶ III, 195. Orph. H. 8, 8. καρποδότειρα v. 280. Orph. H. 43, 9. οἰστρωμανής v. 809. Orph. H. 50, 14 (Nonn. Dionys. I, 282. X, 36. XVIII, 59). παγγενέτης v. 550. Orph. H. 20, 5. 73, 2. ψυχοτροφέομαι. v. 8. coll. ψυχοτρόφος Orph. H. 16, 3. 38, 22. Etiam versus 624—625

Ἄλλὰ σὺ μὴ μέλλον, βροτὲ ποικιλόμητι κακόφρων,
ἀλλὰ λιπὼν πλοῦτον, στρέψας θεὸν ἰλάσσοιο

citantur ex Orpheo desumpti a Clem. Alex. Protr. pg. 64 hunc in modum:

Ἄλλὰ σὺ μὴ μέλλον, βροτὲ ποικιλόμητι κακόφρων,
ἀλλὰ κάλλιππλαγκτος στρέψας, θεὸν ἰλάσσοιο.

quare nollem κάλλιππλαγκτος contra codicum auctoritatem in textum oraculorum recepissent editores, ed ipse de quo mireris Friedliebuis, qui aliis in locis tam anxie codicum scripturae vel maxime depravatae adhaesit. Bleekii autem sententia, quam Friedliebuis amplexus est, auctorem horum carminum Iudaeum fuisse Alexandrinum, iis confirmatur vocabulis quae oraculis cum Alexandrina versione LXX Interpretum, Iosepho, Philone et Novo Testamento communia sunt: ἁμαρτωλός, δῆλωσσοος fraudulentus, δωδεκάφυλος, ἐξολοθρεύω, κατεναντὶ (nam apud Platonem Charm. p. 155 D. leg. κατέναντα v. Astium in lexico s. v.), ὀλοκαρπύω, προσοχθίζω, σοροπισμός, σχισμή, τετραγράμματος, γάγομαι de qua futuri forma Lobeckium adeas in Phryn. pg. 327. His denique accedit magna vocabulorum copia, quae aut se-

mel tantum aut primum in his oraculis leguntur et novo modo formata sunt. Sunt autem haec: ἀγλαοφαρῆς, ἀδιψητος, αἰείφατος, αἰσχρόβιος, ἀκτερῆς, ἀλλοδικῆς, ἀνασταχύω, ἀνηροσίη, ἀποθωρήσω (v. 455: ἔβριον ἀεικελίην ἰδίην ἀποθωρήξουσι, nisi haec forte corrupta sunt, et leg. ἀποθρηγήσουσι) ἀρσενικὸς, ἀσπορίη (v. 542 nam alia hujus vocabuli est notio apud Maneth. IV, 585), ἀχάλαζος, βαρβαρόθυμος, βασιληῆς regnum, γλυκυδερχῆς, δικαιοκρίτης, δολοήτωρ ἐκλαθέω, ἔχχυμα, ἐκείσσυμένως (v. 510. redit apud Quintum I, 437 nisi recipienda est Rhodomanni emendatio, et Tzetz. Antehom. 170) ζωσμὸς, θαλάσσειος, θειοποιέω, κακοβουλοσύνη, κακοῤῥέκτειρα (masculinam formam κακοῤῥέκτης primus habet Apollonius Rhodius), κενείφατος (v. 372 exspectamus saltem κενόφατος aut κενεόφατος ut κενεόφρων) κενόφρανος, κλειψίγαμος (redit apud Nonnum Dionys. VIII, 60 et Script. eccles.) λαθρηδίη (v. 139, deest lexicis. λαθρηδῖος habent Tryphiod. v. 225. 484. 633. Orph. Arg. 886.) λεκτροκλόπος, λιγυροθρόος, λυμήτης, μιλόχριστος, νυκτοκλοπή, οἰκήτειρα, οἰνοπόλος, ὀπιῆ (v. 420 oculus, vel potius cavus oculorum orbis, quod Alexandro poeticum videtur nec inelegans. Proprie ὀπιῆ est pertugium; recentioribus fenestra cf. Jacobs. in Achill. Tat. pg. 551.), πανεπόπιης, πενιχρόμενοι, περικυδανέω, προμάντιον seu προμαντιῶν v. 257 pro προμάντευμα, προσφῆριστοι, πολυβάρβαρος, πολύνηστος (v. 343 si quidem probanda est haec Alexandri emendatio) πολὺπλοτος (exstat apud Tzetz. Chil. V, 537 aliosque deterioris aevi scriptores prosarios, quos Hasius annotavit in Thes. Paris. s. v.), ῥυστήρ (v. 561 cf. Wernick. in Tryphiodorum pg. 245), χρυσήεις, ψεύστειρα.

Verum haec vocabula, quae satis demonstrant auctorem horum carminum fuisse Hellenisticum quem dicunt, in delectu et proprietate verborum non adeo curiosum, Homeri vocibus et formulis, adeoque totis versibus mirum in modum mixta sunt. Et quominus hoc casui fortuito tribuamus, (cum enim usque ad Nonni aetatem Homeri carmina pro sermonis poetici fundamento fuerint, sane omnes carminum heroicorum scriptores etiam e fonte Homericō hortulos suos irrigare debebant) varia obstant argumenta. Ac primum quidem vocabulorum Homericorum multitudo: deinde formae quaedam verborum rariores, quae nisi diligente carminum Homericorum lectione instituta Sibyllista suum in usum convertere non poterat (velut: ἔσαν v. 113 ex H. A, 438. Z, 244. 248. λιόμην v. 296. coll. II, 47. ἐξέχεας v. 312 coll. Σ, 347. Ω, 799. Θ, 436. δεδέξεται v. 351, coll. E, 238. τέξεται v. 381, coll. T, 99. ὀλίσει v. 533 coll. M, 250. β, 49. κελήση coll. Γ, 138. ἤγερέθονται). Obstant denique ipsa Sibyllae verba v. 424 de Homero vaticinantis:

*γράφει τὰ κατ' Ἰλιον, οὐ μὲν ἀληθῶς,
ἀλλὰ σαφῶς, ἔπεισιν γὰρ ἑμοῖς, μετρῶν δὲ κρατίσει·
πρῶτος γὰρ χεῖρεσσιν ἑμὰς βίβλους ἀνανείμη·*

Sibyllista enim, cum carmina sua tamquam antiquissima lectoribus proponere vellet, externis quoque venerandae antiquitatis testimoniis ea exornare debuit, idque non solum mira illa versuum compositione conatus est, de qua diximus, sed ita quoque ut formulas et versus Homericos suis inferret, tamquam Melesigenes ipse haec exscripsisset. Et quoniam poetarum graecorum lectione non adeo imbutus erat, ut doctam quandam et artificiosam elocutionem, obscurioribus et reconditis glossis affluentem, reliquorum poetarum Alexandrinorum ad instar sibi formare posset, rustica illa et impudente ratione processit. Attamen quam bene nihilo secius haec fraus ipsi eiusque imitatoribus successerit, non solum Patres probant, qui bona fide Sibyllam ante Homerum vaticinatam esse tradiderunt*), sed Canterus quoque**) et alii viri docti exemplo sunt, quibus aut ipsius Sibyllae verba aut Patrum Sanctorum auctoritas tantum imponeret, ut contra venerandam oraculorum antiquitatem pugnare, nefas et haeticum esse censerent. De hoc igitur inter Sibyllistam et reliquos poetas Alexandrinos convenit, quod fere toti in elocutione ab Homero utrique pendent: sed Sibyllista Homerica avide undecunque arripuit, ut lectori fucum faceret, poetae Alexandrini ut studium et doctrinam ostentarent: eandemque ob causam factum esse censeo, ut vocabula Homerica in oraculis propriam et primariam notionem fere semper retinerent, quam doctos poetas toties immutasse et inflexisse constat. Neque rara vocabula vel ἀπαξ εἰρημένα ex Homero apud Sibyllistam inveniuntur, saltem non de industria cumulata, quorum usus apud Callimachum, Apollonium, Aratum, Nicandrum, reconditae orationis amantissimos poetas, frequentissimus est. Homerica enim vocabula, quibus Sibyllista usus est, plana sunt omnia et in singulis Iliadis Odysseaeve libris, si pauca exceperis, fere ubique obvia, velut: ἀθέσφατος, ἄιστος, ἀλλότριος, ἄμβροτος, ἄσπετος, ἀστεροπή, βαθυδίνης, βασιληῖς (v. 120: ἔχον βασιληίδα τιμὴν cf. Il. Z, 193 et Hes. Theog, v. 462: ἔχοι βασιληίδα τιμὴν), γενέθλη, γενετή, δαίμων, ἐλάω, ἔλωρ, ἐπαμύντωρ (v. 560. Od. π, 263) ἐπιβήτωρ, ἐπονράνιος, εὐδικιή, εὐποίητος, ἡγήτωρ, θέσκελος, καρχαλάω (v. 88. cf. Il. K, 565), καταπρηγής, κελαρῶμαι, κευθμών, κορηστής, λώπη, οἰνωθεῖς, ὀλοός, πανπύρατος, περικαλλής, πολυσπερής, σαόφρων,

*) Justin. cohort. c. 38. Clem. Alex. Prot. 4. Strom. VI. 5. Origenes contra Celsum V. p. 272, sed dubitante admodum. Cf. Tzschirner, de pagan. interitu pg. 194. 599.

**) Canter. Vorr. lectt. V, c. 17.

τέμαρ, ὑψιβρεμέτης, φερίσβιος, φύλοπις all. Formulas inveni Homericas: ἔγρ' ἀλέυθα, μέροπας ἀνθρώπους, φῶτας ἀρηιφίλους, νήπια τέκνα, πίονα μῆλα, ταύρους ζαιρεφίας, βοῦς ἐριμίκους, πῆρ μαλερόν, οἴδματα πόντου, τάρταρον ἡεροέντα, πολέμοιο δυσχέος, αἰθέρα ναίων, ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ, καταφθιμένων ἀνθρώπων, περιτελλομένων ἰνιαυτῶν, ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος, εἰς ἅλα δῖαν, καὶ ἰσσομένοισι πυθέσθαι, τὸ πανῆμα Frg. II, 44. A, 592. v. 31, σελήνην τε πλήθουσαν v. 21. Σ, 484, οὐρανόθεν πρὸ v. 256. Homericum est οὐρανόθι πρὸ, βαθυζώνου τε γυναικας v. 526. I, 594. γ, 154, ἐνὶ στήθεσσι νόημα v. 585, v, 330, θεῶν εἶδωλα καμόντων v. 588. Homerus habet νεκρῶν εἶδωλα καμόντων. Porro v. 197:

τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον κακόν ἔσται
fluxit ex Od. ι, 14: τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω.
V. 428: ὀπόσοις πολεμῖα ἔργα μέμηλε ex II. B, 338: οἷς οὔτι μέλει πολεμῖα ἔργα. V. 562:

Ἄλλ' ἄγε, καὶ μάθε τοῦτο, καὶ ἐν φρεσὶ κάτ' θεο σῆσιν
ex II. A, 297: ἄλλο δέ τοι ἔρῳ, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῆσιν.
V. 647: αὐτὴ δ' ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος ἔσται ἅπαντα
ex Od. ι, 123: ἄλλ' ἢ γ' ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος ἤματα πάντα.
V. 669: τάδε δ' ἔσσειται οὐκ ἀτέλειστα habet Hom. II. A, 168: τὰ μὲν ἔσσειται οὐκ ἀτέλειστα. V. 795:

σῆμα δέ σοι ἔρῳ μάλ' ἀριφραδές, ὥστε νοῆσαι
II. Ψ, 326: σῆμα δέ τοι ἔρῳ μάλ' ἀριφραδές, οὐδὲ σε λύσει.
V. 821: ὥστε προφητεύειν με τὰ τ' ἰσσομένα, πρὸ τ' ἴοντα
petitus videtur ex II. A, 70 ubi de Calchante sermo fit:

ὅς ἤδη τὰ τ' ἴοντα, τὰ τ' ἰσσομένα, πρὸ τ' ἴοντα.

Et sic alia multa, quae singula enumerare non attinet. At si alios auctores circumspicimus, e quorum lectione Sibyllista profecerit, pauci tantum in censum veniunt: nam nimis honorificum Birgeri Thorlacii cum de omnibus Sibyllistis, tum te hoc antiquissimo iudicium est, opusc. acad. IV p. 327, qui Sibyllistas ingenio atque dictione, lectione Graecorum optimi temporis formata atque nutrita, ab ecclesiasticorum, initio et medio sec. II post Chr. natum, scriptorum vulgo secerni contendit. Sed primus est Hesiodus. Nam Hesioidea sunt: ὄρος ἡλίβατον, χρόνος περιτελλόμενος, ζεῖδωρος ἄρουρα (Thorlac. I. I. pg. 332). ἄστρα τε λαμπιόωντα. ἐπιδέχομαι v. 385 petiit ex Hesiodi Opp. v. 266. Etiam illud Hesioideum est, quod Sibylla v. 476 vocabuli τοκῆς singularem numerum usurpavit: etenim Homerus semper τοκῆς dixit. Porro v. 65:

ἡέλιον πυροέντα, μέγαν λαμπρὴν τε σελήνην

in memoriam vocat Theog. v. 18:

ἦ ὦ τ' ἡέλιόν τε μέγαν, λαμπρὴν τε σελήνην
et v. 603:

καὶ πόλεμον, καὶ λοιμὸν, ἰδ' ἄλγεα δακρύνοντα
conferatur cum Hes. Theog. v. 227:

λίθην τε λιμὸν τε καὶ ἄλγεα δακρύνοντα.

Atque de tota parte v. 110—153, imitatione Theogoniae v. 139 seqq. accurate Friedliebuis dixit in prolegg. pg. XXVII. Cf. Thorlac. I. J. pg. 333.

Verum Thorlacium in transcurso tantum et dubitanter monuisse, non alienam a lectione Euripidis videri Sibyllam, miratus sum. Nam quid mirum est, Sibyllae, quae de morum sinceritate et commendanda probitate multa egregie cecinerit, eum imprimis placuisse poetam, quem propter largam praestantissimarum sententiarum copiam etiamnum in deliciis habemus, et cujus fabulas Alexandriae diligenter actas esse constat? Euripideae autem notavi vocabula et formulas: *πολύκρνος* v. 176, *πολυκεῖς* v. 369, *σιτέγειν τι* v. 437, contentum esse aliqua re cf. Valckenaer. in Phoeniss. v. 1679, *νυμφεύομαι τινα* v. 480. Ad eundem vero fontem etiam alia revoco, quae Sibyllistae cum tragicis communia sunt: *ἄβονλος, ἀντόφρεμος, ἀχμὸς, ἀχείματος, δρῦμος* (Homericum est *δρῦμὰ* et hanc prosodiam recentiores poetae fere omnes servarunt. Cf. tamen Cyneg. I, 64. II. 78. 82. Dionys. Perieg. v. 492. Orph. H. 35, 10. 45, 4. *δρῦμονία* Orph. H. 35, 12. *δρῦμοχαρῆς* Orph. H. 50, 12), *εὔβατος, ζᾶχρυσος, ἡγητήρ, ἡμερίη* v. 445 cf. Lobeckium in *Αἴα* v. 207., *θειλάτος, κοινοστός, λόγχη, μεγάληανχος, μωσαρός, μύσος, νομάδες, οἶκτος, ὁμοθυμαδόν, ὀληνίκα, παράλιος, σταγόνες, φάραγγες, χαρά, χλιδανός* et quae a Sophocle petita videntur (*ποικιλόμητις* v. 217. Soph. frg. 519. Homericum est *ποικιλομήτης*) aut Aeschylo (*παντοτρόφος* Frg. I, 5. Aesch. frg. 178. *μεταΐθις* v. 447. Aesch. Eum. 456. *παλιμπλαγτος* v. 625. Aesch. Prom. 840, sed videantur, quae supra de hoc versu diximus).

Sed ad diiudicandam antiquissimi hujus Sibyllistae elocutionem haec pauca sufficiant, cui cum ipse parvum studium impenderit, neque nostra studia diutius exercebit, praesertim cum de singulis quibusdam pauca monenda videantur. Ac de prava particularum δὲ, τὲ, γὰρ post secundum aut tertium enuntiatum vocabulum collocatione, de neglecta particularum proprietate et legitima structura, de poetica si libet temporum et modorum enallage deque aliis quae Sibyllistae non minus quam deterioribus poetis frequentia sunt, post Hermannii disputationes in Orphica accuratius exponere non attinet. Sed notandus est metaplasmus *ὄσπῆσσι* Frg. I, 14. Dativus *φάει* ib. v. 18 pro *φάει*. Interdum nomina

abstracta quae vocamus, plurali numero usurpantur praeter reliquorum auctorum consuetudinem, velut *záλλεσιν* v. 448. Cf. Hermann. Orph. p. 823. de emend. rat. pg. 39. *Χαροπὸς* trium terminationum adiectivum, v. 233 duarum tantummodo est. *Πανολβίστιη* v. 347. superlativus est contra analogiam formatus atque *πανολβίστιη* scribi non potest. *Ἄενας* II, 6 per *νν* scriptum, quod Hermannus repudiavit ad Eurip. Ion. v. 117, ne de Eryc. in Anthol. Pal. VII, 36 et Theocr. XXII, 37 dicam, certe Sibyllistis condonandum erit. Cf. ib. v. 46. III, 403. IV, 15. Aliquando pronomina possessiva per genetivum pronominis personalis circumscribuntur, cuius rei primum exemplum v. 322 inveni, ubi *σου γαῖα* pro *σῆ γαῖα* est. Participium *μεμάνημένος* v. 39 pro *μαινόμενος* tuetur Theocr. X, 31. Forma *ἔσειται* v. 363 dorica est neque aliis poetis aliena. Sed vitiosa sunt *πέσειται* v. 83 (l. *πεσσεῖται* sine *καί*, secundum V, 92; nam futurum *πέσομαι* etiam magis barbarum est, quam Aor. *ἔπεσα*, de quo post Schol. in Aristoph. Avv. 841, Hermannus dixit ad Eurip. Alc. 477. Cf. Meinekium Philem. pg. 444. Lobeck. in Phryn. pg. 724) et *φύγονται* v. 265, ubi saltem legendum est *φυγοῦνται*, quibus accedunt *δεδομήσεται* v. 384 et *φλογέουσα* v. 72, ubi legendum videtur *φλογέεσσα*. V. 559 *ἄντα* Homericum est, sed nota conjunctum *ἄντα πρὸς τι*. V. 132 l. *τίκτῃ* pro *τίκτεν*, nam *ὀππότε κεν*, quod iteratam actionem notat, ne apud Ptochoprodromum quidem vel Tzetzen cum indicativo coniungitur. Denique de Frg. I, v. (cf. III, 27):

Αὐτὸς δ' ἐστήριξε τύπον μορφῆς μερόπων τε

iam Stravius monuit, de frgm. Sibyll. apud Lactant. pg. 20, aut *μερόπεισιν* esse legendum, aut recipiendam esse scripturam huius versus, qualis in antiquioribus editionibus feratur (v. Friedlieb. nott. in Frg. II, 49):

αὐτὸς στήριξεν μερόπων μορφῆν τε τύπον τε.

Sed redeat oratio unde deflexa est: si vera sunt, quae supra de antiquissimi huius Sibyllistae ratione metrica disputavimus, non est cur miremur quod recentiores quoque Sibyllistae, cum in singulis oraculis et elocutionis colore adeoque totis versibus se ad antiquioris normam accomodarint ab eiusque pendeant imitatione, atque, ut Thorlacii verbis utar, vatis Maeonii lectione non imbuti solum, sed plane formati cernantur, eandem etiam in rebus metricis secuti sunt rationem.

§. 6.

DE ORACULORUM LIBRO PRIMO ET SECUNDO.

Sed videamus singulos oraculorum libros, quorum his in rebus

non omnium eadem est conditio. Liber I et II referuntur ad confinia saeculi secundi et tertii a Friedlieb, ad medium saeculum quintum a Bleekio. Exhibent autem nihil aliud, nisi centonem ex antiquis oraculis, antiquiorum Sibyllistarum versibus et variis gnomorum fragmentis concinnatum, quorum maximum et notissimum, II, v. 56 — 148, e carmine *φοκυλικῶ* Phocylidis desumptum est, hoc est e gnomologia aliqua, quae Phocylidis sub nomine secundo saeculo circumferebatur, novis quibusdam a Sibyllista additamentis aucta. Et in elocutione quidem parum a libro tertio etiam hi libri differre videntur. Primum enim in his quoque recentissima quaeque sine delectu Homericis et Hesiodicis miscentur. Alia e Tragicorum et scriptorum Atticorum lectione fluxerunt, aut a poetis Alexandrinis petita videntur, ita tamen ut plurima recentioris aevi originem aperte prodant. Atque in singulis quibusdam saepe negligentior fuit horum librorum auctor, quam saeculi secundi poetam, Oppianorum aequalem decet, cum ne soloecismos quidem ubique vitatos invenias. Sed ut ordine disputatio procedat, ab Homericis vocabulis iterum est incipiendum, quorum ne longus sim, potiora tantum proponam: ἀγήραος, ἀγλήεις, ἀπούρας, ἀστεροπηγίης, ἀντμαί, βαθύκολπος, δικασπόλος, δουράτειος, ἐπαγάλλομαι, ἐπιχθόνιος, ἐριθιλήης, θοινάσμαι (II, 236. Aoristum ἐθοινησάμην habet etiam Apollonides in Anthol. IX, 244 cf. Lobeckius in Phryn. pg. 204. Communi vero usu receptus est aoristus ἐθοινήθην), θρέπτρα, ἰδρώω, καταθύμιος, κεραΐζομαι, κυνῶπις, λιτανεύω, μαιφόνος, ὀψιτέλεστος, παλαιγενής, ποθῆ, πολύηρατος, πολυπενθής, πομποροῦ, προιάπτω, ῥόθιος, στεφανώω, φθισήνωρ (sed II, 263 substantivum est, apud Homerum adiectivum), χαλκοθεωρήτων (I, 395. In eadem versus sede II, A, 448. O, 62). Ex Homero petitae sunt formulae: ἐφετηῶν ἀμελεῖν (I, 7. ἐφημοσύνης ἀμελεῖν II, P, 697). κορυδίην ἄλοχον I, 30. σοφοῖς δ' ἤμειβετο μύθοις I, 33. κότον τίθεσθαι I, 50. εὖ καὶ ἐπισταμένως I, 69. II, K, 265. γαίη δέ μιν ἀμφεκάλυψεν (I, 82. νεφέλη δέ μιν ἀμφεκάλυψεν. II, Y, 417). αἵμασιν ἀνδρομέοις I, 156. Od. β, 65. γ, 19. σαρόδιον μείδημα I, 182. Od. v, 302. προσφρονέως ἴεναι I, 209. Θεοῦ ἐτελείετο βουλή (I, 216. II, A, 5. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή). μεγάλ' ἔκτυπε I, 219. II, P, 595. Od. φ, 21, 413. εἶδος καὶ μέγεθός τε φήνη I, 310. Od. ζ, 152. ἀμείλιχον ἕδην II, 199. II, I, 158. φλόξ ἄσβεστος II, 254. II, II, 123. πολυπάμονος ἀνδρὸς (R L) II, 343. II, A, 433. Hymnos qui feruntur Homericos in memoriam vocant: κεραιστής, νοερίως, περιανγής, πολυχρόνιος. Hesiodica sunt: ζεῖδωρος ἄρουρα, ἔργ' ἔρατὰ, ἤλιβατον ὄρος, χαμαιγε, νέων ἀνδρώπων, σοτοίεις (I, 375. Hes. Opp. 577. Nicand. Alex. 188), δειπνολόχος. Porro I, 71:

τειρόμενοι θνήσκον. ἀλλ' ὡς δεδμημένοι ἔπην
 petitus est ex Hes. Opp. 116: θνήσκον δ' ὡς ἔπην δεδμημένοι. I, 107
 (cf. v. 115):

καὶ τοῦσδ' ὑσμίνῃ, ἀνδροκτασίαι τ' ἀλεγείναι
 ex Hes. Theog. 228:

ὑσμίνας τε φόνους τε, μάχας τ' ἀνδροκτασίας τε
 et Hom. Od. λ, 612:

ὑσμῖναι τε μάχαι τε φόνοι τ' ἀνδροκτασίαι τε.
 Orac. I, 120: καὶ πάλιν ἄλλο γένος πολὺ χειρότερον μετόπισθεν
 ἀνδρῶν ποίησεν —

ex Hes. Opp. 126:

δεύτερον αὐτε γένος πολὺ χειρότερον μετόπισθεν
 ἀργύρεον ποίησεν —

Omnino inter hanc aetatum descriptionem libri primī et Operum Hesiodi
 maxima intercedit similitudo. Cf. Friedlieb. prolegg. pg. XV. Denique
 Orac. II, 155:

ἐκ γενετῆς παῖδες πολιορκόταφοι γεγαῶτες
 comparari potest cum Hes. Opp. 179:

εὐτ' ἂν γεινόμενοι πολιορκόταφοι τελέθωσιν.

Vestigia Tragicorum, Euripidis imprimis (δροσόεις, καρποφόρος, μελανόπτερος, νοσερός, οἰκοθόρος, πένθημα δάκρυα II, 157. Eurip. Phoen. 1078, στήριγμα) et Aeschylī (δυσσεβία, ἀρδένω, ἀγάλκευτος) etiam in his libris exstant, et sicut in tertio libro hic quoque magnus eorum vocabulorum numerus, quae ex Attico sermone recepta sunt, ad eundem fontem revocandus videtur. Quo spectant: ἀγρυπνέω, ἀκατάστατος, ἀκρασία, ἄλυσις, ἄμοιρος, ἀμύητος, ἀντιπαρέχω, ἀπειθέω, ἀπειθής, ἀπομάττεσθαι, ἀτερθε, ἀτρεστος, δαπαινάω, δεσπόζω, δύσκολος, δύσφρων, ἐκφρων, ἐμπειρος, ἐμπροος, ἐξασκέω, ἐχθρα, θέρος ἀμᾶσθαι quod vulgari θερίζειν praeferunt Atticistae, καινίζω, κακόβουλος, κακοπράγμων, κόλασις, λογισμός, προσδοκάω, στεφάνωμα, σύμφυλος, συνίστω, σονναίω, ὑπεκπέμπω, ὑψήγησις, φωράω. Nonnulla poetae Alexandrini suppeditaverunt, velut ἀήτης I, 16 quod sine ἀνέμων ventum primum denotat apud Theocritum. Apud Manethonem inveniuntur ἀκριτόβουλος et κακοεργής. Nicandrea sunt φαρμακόεις, ὑψηεῖς, ζοφοεῖς. Omnino adiectiva in ἦεις, οἶεις in hac oraculorum parte admodum cumulata invenias, et quantum Nicander in his sibi concesserit, satis notum est. Porro βρυγμός II, 333. turmentum, exstat aliquoties apud scriptores ecclesiasticos: morsum denotat apud Nicandrum Ther. 716. Ex Apollonio Rhodio praeter singulas quasdam formulas fluxerunt λεηλασίη II, 169. Ap. Rhod. II, 302. ἀνιάχω Ap. Rhod. I, 173 all. ἐὸς pro σὸς I, 128. Ap. Rhod. II, 634. III, 140 all.

Cl. Wolf. Prolegg. p. CCXLVII. Cum Anthologiae poetis Sibyllistae communia haec sunt: *περισκεπάζω, πολυποίκιλος, τανυμήκης, ἔβριστις* (nam Il. N. 633 improbatur haec lectio). Auctor secundi libri a quo primum quoque compositum esse admodum certum est, interdum Cyneticorum auctorem respexisse videtur: nam *λιάζομαι* II, 2 redit Cyneg. II, 373. *ἔσπομαι*, quod recte Alexander in versu quarto restituit, Cyneg. III, 272. *βραβεῖα* II, 149. Cyneg. IV, 196. Contra Callimachi studium neque in his carminibus invenitur. Vocabula in scriptoribus *κοινοῖς* obvia, vel adeo fatiscantis Graecitatis propria, in his libris etiam frequentiora sunt quam in libro tertio, etiamsi pauciora ex Alexandria versione LXX Intpp. et scriptoribus Iudaeis mutuata sunt. Huc autem pertinent: *ἀκαταστασία, ἀμέριμος securus, ἀμφιπρόσωπον, ἀπλώ, ἀρμόνιος, ἀροιστρέω, ἄστατος, αὐτολόχευτος, βλάσφημος, γαλονχέω, ἔμφορτος, ἐντέχνως* (repudiaverunt Atticistae v. Phryn. p. 344. Antiatt. Bekkeri p. 95. Thom. Mag. p. 843), *ἐπίμομος, ἐρπυστήρ, εὐαγγελίη, εὐρεοσίλογος* (de accentu cf. Lobeck. in Phryn. p. 770), *ῥήλιψις, ἰθύντηρ, ἰοβόλος, καθοδηγέω, καθόθνυμος, κλυθονίζω, μεσάζω, μυκτηρίζω, νουνεχέως, οἰκουμενικός, ὀλιγώω, πανεπισκοπος, πανέρημος, πατισκρατῶρ, παῦσις, περιφραγμός, πληθύνω* (transit. I, 57), *προσλαλιῆ, πρωτόπλαστος, πτύσμα, πωτήεις, σαρκοφάγος, σαρκοφόρος, σκέω, σκηπτοφόρος, συνεπειγείρω, τετρασύλλαβος, ὑπομάζιστος, ὑψικέρανος, ὑψώω, φλόγινος, φορτοφορέω, φωτίζω, ψευδαπάτης*. Vocabula nova vel *ἄπαξ εἰρημένα* haec inveni: *ἀγγελίτηρ, ἀλλαγίη* pro ἀλλαγῇ II, 157. *ἀλφηστήρ* I, 98 (Homericum est ἀλφηστής adiectivum, industrius, lucri cupidus v. Nitzsch. in Odys. α. 349. quod apud Hesiodum mortales significat v. Goettling. in Hes. Scut. v. 29). *ἀμφικατέχω. ἀπιστόχοροι*, vocabulum mire formatum et obscurae significationis. *βαρβαρόφρων. γηγῆγοροι* I, 98 (*ἐργήγορος* exstat apud scriptores ecclesiasticos, *γρηγόρησις* pro *ἐρηγόρησις* et *γρηγορικὸς* pro *ἐρηγορικὸς* dictum est a LXX Intpp.). *διάθημα* I, 382 (Alexander, qui hoc e Castalionis coniectura pro *διάδημα* recepit, i. e. *διαθήκη*, inquit, verbo quidem insolenti, sed ut *προσθήκη, πρόσθεμα* et *πρόσθημα* dicuntur, quidni *διαθήκη, διάθεμα, διάθημα*? Confer maxime Lobeck. ad Phryn. p. 249.). *δύχονες* II, 265 sed legendum est ex R L *δύχονοι. ἔλευθεροπρασία* II, 13 (*ἔλευθεροπρασίον δίκη* Poll. I, 3, 78) l. *ἔλευθεροπραξία* licentia, effrenatio. *εἰσελλασιτικὸς ἄγων* II, 39 (Conferantur de his certaminibus Intpp. Plin. epp. X, 118. Eckhel. Doctr. Numm. IV p. 443). *ἐπαέθλιον* (deest in Lexicis) II, 150. *κακοίτωρ. λεκτροκλόπος. μαννοδότης* (*μαννοδοτέω* libri sacri habent) *μαστικῆρ* (*μαστικῶρ* Aeschyleum est v. Eumen. 159). *μυριόεις. νηπιόεις. ὀμβρημόθνυμος. ὀμόνυμος. πιστολέτης. πιφάσκω* animum

adverto I, 6 (exstat interdum haec forma pro *πιφάσκω* in libris, sed raro sine scripturae varietate, velut apud Hes. Theog. v. 655. Orph. Lith. 185. 757. Nonn. Dionys. XVIII, 34, ut haud inepte iudicaverit Muetzell. de emend. Theog. p. 220, scripturam *πιφάσκω* grammaticis tantum librariisque deberi, verbo *φάσκειν* in errorem inductis). *συναίρεσις* II, 165 excidium. *τηθευτήρ* I, 299 (sed v. Alexandri notam). *ὑπερσταχίω*.

In singulis autem multa Sibyllista aut novavit, aut negligenter et barbaramente, saltem inconsiderate dixit. Sic I, 39 de Deo, qui Adamo et Evae austera tradiderat praecepta et veterat ne fructum arboris gustarent, legitur: *δεῖξεν τοῦ δένδρου μὴ ψάσειν*, quasi hoc ostendi posset. Obiter moneo infinitivum futuri pro infinitivo praesentis aut aoristi haud raro in oraculis deprehendi. In eiusdem libri v. 53, e coniectura Orsopoei Alexander dedit:

ἔπει οὐκ ἐφύλαξαν

ἄθανάτου μεγάλου Θεοῦ λόγον αἰὲν ἕντος.

Contra Friedliebium, secundum librorum auctoritatem, in quibus partim *αἰσαντες*, partim *ἄεισαντος* scriptum est, *αἰξαντος*. Sed quid hoc est: *λόγον αἰσσειν*, et quaenam recta huius loci erit structura? Sane miras quasdam formulas horum oraculorum auctor excogitavit, velut *μιαρῶς δύσφημα χέειν*, nefanda dicere v. 124 all. *ἄοιδὴν ἀνιάχειν* v. 473. *πελίην ἀπὸ νόσφι ποιῆν*, delegare columbam v. 242. De Noe, cum terram ex undis emergentem sentiret, v. 257 dictum est:

γινῶ δέ τε Νῶε ὅτι γαῖα πέλει πέλας ἄσσον ἐοῦσα

quo in loco verborum ubertatem non minus miramur, quam I, 172:

καὶ τότε δ' αὖ πάλιν αὐθις ἀνιάχε Νῶε ἄοιδὴν.

Quae v. 69 leguntur:

οἷσιν πολυχρόνιον ἤμαρ

ᾧπασεν εἰς ζοὴν πολυήρατον

vertit Castalio: quis tempora longa dabantur vivendi, Friedliebium: es dehnte das Leben zu langen Reihen der Tage sich aus, recte quidem ad sensum et enuntiati connexum uterque, non vero ad grammaticam.

V. 75. *ἐχγελάω* ubivis significat ridere, altum edere risum. Hoc autem in loco est aliquem deridere, quasi germanice dixeris, Jemanden auslachen.

V. 85. Vehementer displicet barbaram codicum scripturam *μολούντες* pro *μολόντες* retinuisse Friedliebium, quae neque hic, neque in Christodori Epherasi v. 128 ferri ullo modo potest. Et sexcentis librarios in hoc vocabulo peccasse constat.

V. 102, coll. v. 180:

ἔμολον δ' ὑπὸ ταρτάριον δόμον αἰνόν,
 δεσμοῖς ἀρήγκτοις πεφυλαγμένοι ἔξαποῖσαι,
 ἔξαποῖσαι, notante Alexandro absolute dictum est pro δίκην ἔξα-
 ποῖσαι.

V. 168 seqq.:

καὶ μετάνοιαν ἔχητ' ἀπὸ νῦν, καὶ μηκέτι μηδὲν
 δύσκολον ἢ κακὸν τ' ἀθεμίστατον ἄλλος ἐπ' ἄλλω
 πράττει, ἀλλ' ὁσίῳ βίῳ πεφυλαγμένος εἶη

dicendum erat ἀπὸ τοῦ νῦν, et necessario πράττει, quod Alexander restituit, et ἦσιν.

V. 182. Notandum est Futurum γελάσω, et producta quidem penultima si codices sequimur, de quo apud Stob. 23, 13 dubitatur, pro γελάσομαι.

V. 186, γένηται pro γενήσεται positum est, coniunctivus aoristi pro futuro, de quo uberrime egit Lobeckius in Phryn. p. 123. Moneo haec ad diiudicandam scripturam Orac. VIII, 305:

ναοῦ τε σχισθῆ τὸ πέτασμα, καὶ ἦματι μέσσω
 νῦξ ἔσται

ubi Struvius de fragm. Sibyll. apud Lactant. pg. 46 δ' ἐσχισθῆ et Friedliebuis δὲ σχίσθῆ dedit. II, 22 praesens κτείνουσι pro κτενοῦσι positum est, et alia id genus in temporum enallage Sibylla haud raro admisit.

V. 190 et 301, futurum θνήξομαι pro θανοῦμαι aut quod recentiorum est τεθνήξομαι, prorsus barbarum.

V. 233: ὤκα δὲ πῶμ' ἀνέωξε περιξοστοῦ ἀπὸ τείχον, recte Alexander ἀπὸ τοίχον correxit, quod unice de navis pariete in usu est. Sequuntur verba:

ἐμπείροις ἀρμοῖσι κατ' ἀντίον ἀρμοσθέντα.

ubi Alexander „in fine, inquit, soloecum est ἀρμοσθέντα pro ἀρμοσθέν, ex nimia scribentis festinatione.“ Sed lege ἀρμοσθέντος. Idem annotavit in v. 309: ὁμοιος δὲ τύπος ἐπὶ πᾶσιν ἕκαστον, εἶδος καὶ μέγεθος τε φνήγ — „ἕκαστον ad tria refertur, εἶδος, μέγεθος et φνήγ, quo modo construitur ἀμφότερον apud Homerum, et poetas saepe ut II, Γ, v. 180: ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.“ Sed vereor, ne diversa miscuerit vir doctus. Fortasse legendum est ἐπέσται. Denique II, 180 notanda est forma anomala ἐργήγορθεν pro ἐργήγορθασι aut ἐγέρθησαν.

Sed de his hactenus. Atque in vocabulorum recensu enumeravi quaedam quae Nonno eiusque sectatoribus admodum in usu sunt. At Nonni hexametrum frustra in his circumspicimus oraculis, quorum versus negligenter compositi sunt. Itaque varia caesurarum genera sine ullo

discrimine usurpata: semiseptenariae admodum frequentes. Cf. I, 178. 201. 227. 252. 272. 296. II, 259. 318. Nonnulli versus paene omnem numeri mensuram deposuerunt, velut:

I, 39: *δειξέν τοῦ δένδρου μὴ ψάσειν. Τοὺς δε μάλ' αἰνός.*
v. 136: *ὥστε σε σωθῆναι καὶ ὄσοι σὺν σοὶ ναίουσιν.*

Alii sine ulla caesura sunt, velut

II, 39: *καὶ τότε γὰρ μέγας ἀγὼν εἰσελλαστικὸς ἔσται*
qui vero corruptelae suspicionem non caret, v. Alexandri notas ad h. l., et v. 92, qui in Phocylideis deest:

μηδὲ κακῶς γε προσείπησ' μωμητόν τινα φῶτα.

sed sunt tamen versus, aliquo modo tolerabiles: quapropter ne in his quidem oraculis versus ἀμέτρους olim fuisse censeo, et qui hodie insunt, esse emendandos, etiamsi in depravata codicum conditione emendatio non semper in promptu est. Velut I, 44. 236. 289 cui nondum satisfacit neque Castalionis neque Alexandri emendatio. 378. Itaque I, 11 deleatur δὲ quod deest in Pr. V. 18:

ἔλαις δ' αὖ θῆρας λασιαύχενας, ἣδὲ δράκοντας,
ἐρπυστάς, καὶ πάνθ' ὅσα νῦν καθορᾶται

in fine ἐν αὐταῖς vel simile quid supplendum videtur (μετ' αὐτῶν fortasse v. 278). V. 37 in optimis libris sic invenitur:

καὶ ὡς θῆρες δὴ βένεσκον ἀποσκοπέεσσι

μέλεσσι in fine addunt R L. Itaque legendum censeo:

χῶς θῆρες δὲ βίνεσκον ἀποσκοπέεσσι μέλεσσι

nam ἀβαίνεσκον quod F L R habent formatum est ab eo, qui formam βένεσκον quae ipsi inepta videbatur, in libro suo emendavit, aut immundum loci sensum corrigere voluit. βίνεσκόμην habet Aristoph. Eqq. v. 1242. De ἀποσκοπέης v. Alexandri notam. περισκοπέης apud Callimachum legitur, h. Del. v. 23. V. 38:

τοῖσι δὲ καὶ μετέπειτα Θεὸς ἐφειμᾶς ἀγορεύσας
praestantissimi libri sic exhibent: *καὶ μετέπειτα δὲ Θεὸς τοῖσι κτ.*
itaque coniicio:

καὶ μετέπειτα Θεὸς ἀγορεύσας τοῖσιν ἐφειμᾶς.

V. 42: *ἀλλὰ γυνὴ πρώτη προδότις [τις] γίνετ' ἐκείνη,*
tis quod post Castalionem receperunt editores, ineptum est hoc in loco ubi de Adami deceptione per Evam sermo fit. Fortasse pro γίνετ' vel γείνατ' legebatur olim ἐγενέσκειτ' ex Homeri Od. λ, 208: nam mirum quantum libri primi auctor formis iterativis delectatur: ποθέεσκον v. 27, πείθεσκον v. 43, βίνεσκον vel βαίνεσκον v. 37, ἐξελάθεσκον v. 44, ὄλεσκον v. 108, χέεσκον v. 111, ἐπελιπίζεσκει v. 253 all., quas puto ex Apollonii Rhodii lectione fluxisse. V. 57:

αὐξάνεσθε, πληθύνεσθ', ἐργάζεσθ' ἐπὶ γαίης.

editio Betuleii habet *αἴξεσθε*. I.

πληθύνεσθ' αἴξεσθε καὶ ἐργάζεσθ' ἐπὶ γαίης.

V. 97: I. *μειηλότε* e codd. A B cum Alexandro; nam quis unquam credit saeculi secundi poetam positionem gravem quam dicunt, in versibus pangendis neglexisse? V. 99 I. *φρεσὸν* e codd. L A cum Alexandro „quod etsi fortassis exemplo caret, analogiae tamen non repugnat metroque convenit.“ V. 103 I. *γένεαν* e Pr. Cf. II, 292. V. 121 correxit Alexander. V. 187 I. *ἀντάνδρους τε πόλεις*. V. 207:

τετραπόδων φῦλα, καὶ ἐρπετῶν καὶ πετεηνῶν.

post *τετραπόδων* e coniectura Orsopoei *τά τε* addidit Alexander. Praeterea *ἐρπετὰ* pro *ἐρπετῶν* est in codice F. itaque lego:

τετραπόδων τά τε φῦλα, καὶ ἐρπετὰ καὶ πετεηνὰ

coll. I, 277. V. 239 legendum est *διελὼν τότε* e correctione Orsopoei. V. 243, Alexandri emendationem *ῥα γνοίη* rationes syntacticae non solum commendant, sed prorsus flagitant itemque v. 247 sq.

πέμπε πέλειαν

αὐθις, ἵνα γνῷ, εἴπερ ἐπαύσατο ὕδατα πολλὰ

legendum est: *αὐθις, ἵνα γνοίη εἰ* (R L). V. 285 recte iam Castalio correxit.

In libri secundi v. 64 recipienda erat scriptura Phocylidis v. 10 *τὰ δίκαι' ἀγορεύειν*. V. 73

μὴ ἀρσενοκοιτεῖν, μὴ σνκοφαντεῖν, μήτε φονεύειν

ubi Friedliebuis priore loco sine ulla ut videtur auctoritate *μὴτ'* dedit pessime corruptus est. Quoniam vero in hac oraculorum parte exhortationes Sibyllae modo per imperativum, modo per infinitivum aut coniunctivum eduntur (de quo Merrikius conferatur in Tryphiodorum v. 410), fortasse legendum est:

μὴ σνκοφάντει, μήτε φόνευε, μὴ ἀρσενοκοίτει

quamquam versus vel sic inficetus est et horridus, propter vocabula *μήτε φόνευε* per caesuram prave diremta. V. 95

μηδὲ φρένας βλέπτειν οἴνω, μηδὲ πίνειν ἄμετρα.

legendum est *μὴ πίνειν* atque sublata interpunctione coniugatur hic versus cum sequente. Alexander qui *μηδ' ἄμετρα πίνειν* dedit, vitium vitio mutavit. V. 130. Phocylidis v. 52, quem recte Alexander secutus est, *πολλὰκι* habet. V. 208:

κοῦκέτι πωτήσονται δι' ἤερος ἄπλετοι ὄρνεις

I. *ἐπ' αἴερος* propter VIII, 342. V. 215:

ἤξουσι Μιχαίλ, Γαβριήλ, Ραφαήλ τ' Οὐριήλ,

addatur *τε* in fine e scriptura codd. A et Pr. quam Fabricius emendavit in bibl. Graeca Vol. I, p. 262 ed. Harl. et Cod. Pseudepigr. P. V, p. 181. V. 224 sq. in codicibus foede corrupti sunt. Friedliebuis se-

cutus est codd. F L R, quod moleste non ferrem, modo *νεύρει* scripsisset. Metaplasmus certe Sibyllae condonandus est. Sequens versus in iisdem codicibus ita scriptus est:

δέριμα δέ γ' ἐν χθονὶ αἱ πρὶν αἴθειρα εἰς αὐθις φύσουσιν
 h. e. δέριματι δ' ἐν χθόνιαι πρὶν ἔθειραι ἐσαῦθι φύσουσιν
 nam vehementer displicet Friedliebii restitutio quam dixit:

δέριμα δέ, γ' ἐν [χρῶν] αἱ πρὶν ἔθειραι εἰσαῦθις φύσουσιν.
 ἐσαῦθι habet Apollonius Rhodius. V. 233 deleatur τόθ'. V. 249 l.

Ἀμβρακῶν, Ἰωνᾶς τε, καὶ οὓς ἔκτειναν Ἑβραῖοι.
 V. 258 l. αἰνοὶ cum Pr. et Alexandro pro δεινοὶ. V. 267 in optimis
 libris mutilus est quapropter lacuna potius indicanda erat, quam recentiorum codicum scriptura *πλάζόμενοι τε* recipienda, quae metro contraria est. V. 270:

καὶ τόκον ἐκ τόκων συναθροίζοντες κατ' οἶκους

l. οἱ τόκον ἐκ τοκετῶν συναθροίζοντες κατὰ οἴκους.

V. 275. l. οὐ τίσαντες pro οὔτε τίσαντες. V. 326 in Codd. sic legitur:

κοῦκέτ' ἔρεῖ τις ὄλωσ Νῦξ ἦλθεν, οὐδέ μὲν αὔριον.

Alexander, in fine inquit vel admittenda synizesis, vel aliquid mutandum. Sed eiusmodi synizeses quibus *ι* littera ante vocales evanescat et vernaculi sermonis induat sonum, cuius rei incerta sunt exempla apud Homerum, rarissima in Anthologia, rara in miserrimis Byzantinorum versibus, in posterioribus demum oraculorum libris inveniuntur, nam I, 215 corruptus est (sed cf. IV, 127. V, 249 *Ἰουδαίων*. V, 251 *Ἰόπτης*. V, 263 *Ἰουδαία*. VI, 5 et VII, 67 *Ἰορδάνον*. VIII, 2 *πολιόκρανος*. v. 423 *ἴδιον*. IX, 239 *Ἰουδαίσις*. X, 103 *Ἰερόσδλνμηῖδα*. XI, 89 *δολιόμητις*, nisi forte legendum est *δολόμητις*. XII, 126 *τριηκόσιον*. v. 345 *Αἰγυπτίων* coll. Hom. Od. δ, 127. 229. ξ, 263. 286). Collato vero VIII, 424 legendum videtur: *νῦξ ἦλθεν οὐκ αὔριον ἔσται*, de quo iam Opsopoeum cogitasse video. Denique v. 335:

λεξάμενος γὰρ εὐσταθεῖς ἀπὸ φλογὸς ἀκαμάτοιο

legendum videtur: *λέξας εὐσταθείας γὰρ*, etiamsi non displicet Alexandri ratiocinatio „nec dubium fuisse olim *λεξάμενος γὰρ ἕκαστον*. Sed maluit pius interpolator versum corrumpere ut ii tantum poenis eriperentur, qui propter leviores culpas multati, flammaram ardori resistere potuissent, quosque ideo *εὐσταθεῖς* vocat.“

Brevium syllabarum productionem inveni in caesura semiquinaria, libri primi v. 83, 167, 189, 225, 256, 269, 357 (ubi vero cum Castalione legendum videtur *ἐξ ἄρτων ἅμα πέντε* collato VIII, 275), libri secundi v. 42, 47, 172, 200, 210, 247, 328, 329, neque opus est correctiones recentiorum codicum recipere vv. 172, 210 et 328. In

semiseptenaria: I, 162. 227. 309. 352. 358. 371. 377. II, 159. In semiternaria I, 135. 162. 319. 362. 387. II, 1 (sed I. δὴ e cod. R). 6. 324. 332. Accedit I, 280:

καὶ τότε δὴ τοὶ Νῶε δικαιοτάτος ἀνθρώπων

Sed I, 50: Τοῖσιν δ' ἀθανάτους λόπον ἐνθετο, κάβαλεν ἔξω, retinenda erat codicum scriptura κάβαλεν i. e. κάβαλεν, καὶ ἔβαλεν, nam καταβάλλειν τινὰ ἔξω ineptum est et κάβαλεν pro καὶ ἔβαλεν de quo Alexander cogitavit graecum non est. Neque Orac. XI, 12 κάππεσε pro καὶ ἔπεσε dictum est; I. κάππεσε. V. 82 scr. γαίη pro γαῖα et II, 345 pro εἰδυῖα. Σὺ δὲ σῶτερ scribendum est e codicibus Pr et A σὺ δὲ τε σῶτερ.

Contra in hiatu, quem non solum ante digamma et spiritum vel intercedente interpunctione admisit, sed praeterea quoque ubi excusari neutiquam potest, negligentior fuit horum librorum auctor, quem antiquioris Sibyllistae rationem minime perspexisse apertum est. Hoc tamen monendum videtur, textum horum librorum haud paucis in locis lacunis esse depravatum, quem semidocti librarii negligentius ita correxerunt, ut falsis particularum sive praepositionum supplementis hiatus ipsi inferrent. Sed legitimus est hiatus I, 25. 55. 100. 105. 312. II, 5. 11. 53. 68. 91. 187. 190. 276 (praestat tamen Betuleii scriptura τ' αὐτάρ ϩ'). 295 (sed legendum videtur πᾶσιν ὕσοις). 338. Contra II, 21:

αὐτὰρ κόσμος ὅλος τε ἀπειρεσίων ἀνθρώπων

aut delendum est τε quia plane abundat, aut legendum τ' ἀπειρεσίων, coll. I, 189. 235. V. 189:

τότε σήματα τρισά

κόσμῳ ὅλῳ δείξει τε ἀπολλυμένον βίότιο

aut recipiendum erat τοῦ e Pr. aliisque editionibus antiquis, aut utroque omissio scribendum δείξειεν, de quo Alexander monuit in annotatione. V. 229 τε post πυλῶν abundat. At praeterea invenitur hiatus I, 10: γλῆκὲ αὐτὸς. v. 261: ἐπὶ ἡπείροιο. v. 291: ἄρτι δὲ αἰνήσω. v. 318: ἐπὶ ἀνθρώπους. v. 320: ἐπορνυμένοιο ἐπάλλοδις. v. 326: τὰ δ' ἄφωνα ἐν αὐτῷ. II, 36: ἀπὸ οὐρανοῦ, nam ita legendum est. v. 42: ἐπὶ ἀθανάτοισιν. v. 106: ξεῖνος δὲ γε οὔτις. v. 251: ἴνα ἄξια ἔργα. v. 253 et 316: διὰ αἰθρομένον. v. 278: τε ἀπληρήσαντο. v. 280: σάρκα ἀσελγείας. v. 347: παῖσαι με αἰοιδῆς.

De prosodia horum librorum pauca monenda sunt. Nam I, 21:

οὐρανόθεν καθορῶν ἐπῶτετέλεστο δὲ κόσμος

I. κόσμος δὲ ὑπαιτετέλεστο. I, 139:

γαῖα δὲ μοι στήριγμα ποδῶν, περὶ σῶμα κέχεται

I. κέχεται περὶ σῶμα. V. 223:

καὶ μῦθων γαίης καὶ ἀβύσσου ἀκαμάτιο

non sine corruptelae suspitione est. V. 255 correxit Alexander. *κιβωτὸς* v. 266 habet Gregorius Nazianzenus. *ἐρυσίβη* II, 7 exstat in Orph. Lith. 594, sed hic quoque versus corruptus et mutilus est. Denique II, 146 pro *μηδὲ μίμοῦ* e Phocyl. v. 72 legendum est *μῆ μίμοῦ*. Sane huius quoque vocabuli penultimam corripuit Sanctus Gregorius.

§. 7.

DE ORACULORUM LIBRO QUARTO.

Liber quartus quem sub finem saeculi primi compositum esse Friedliebibus censet, multo propius tam elocutione quam versuum structura ab antiquorum oraculorum rationibus abest, quam ea oraculorum pars, de qua modo diximus. Homericam autem exhibet vocabula: *ἀργυροδίτης*, *ἰχθυόεις*, *νῦξ θνοφερῆ*, *φύλοπις αἰνή*, *αἰθαλόεσσα τέφρη* vel *κόνις* v. 133, 177, *χειμέρια ἕλλαι*, *χυτή κατὰ γαῖα καλύψει*, *εἰς οὐρανὸν εὐρὴν ἰκάνη*, *φεύξει ἄφαντος ἄπυστος* v. 120 coll. Hom. Od. α, 242. *ἔχει ἄιστος ἄπυστος*. E tragicis fluxerunt: *ἀκαρπία*, *ἄλαλος* (Aesch. frg. 56, sed redit in Novo Testamento), *ἀπεύχομαι* diris imprecor, *κλοπαῖος*, *μύκημα*, *παναληθής*, *ψέκας*. Vocabula recentia in scriptoribus *κοινοῖς* obvia, haec annotavi: *ἀνακτορία* imperium cf. Apoll. Rhod. I, 839, *ἀνδροφονέω*, *ἀφίδρυμα*, *διχοστασία* seditio, *ἐμπρησμός*, *εὐλογέω* (apud Tragicos significat praedicare, gloriari; apud LXX Intpp., Novi Testamenti auctores, scriptores ecclesiasticos et v. 25 deo gratias agere), *λιθόξεστος*, *μορφώ*, *μυθθίζω*, *νωδός* mutus (cf. Hasium in Thes. Par. s. v.) *πολύφθογγος*, *σποδοίς* pro *σπόδιος* (v. 178 quo vocabulo utitur Suidas v. *μαλερὸν* cf. Schaefer in Apoll. Rhod. II, p. 131), *χρησμήγορος*. In Anthologia redeunt *πολυαῦλαξ* et *σταχυητρόφος*, in Orphicis *μεγαλαυχής* (v. 1. Orph. II. 62, 3) et *πολυαλγής* (v. 9. Orph. II. 66, 2). Vocabula nova duo exstant, *πρησιμός* v. 69 (X, 241. XII: 124. 239) et *ὑπέρκτησις* v. 148. Praeterea notandus est v. 3:

μῆλλω ἀφ' ἡμετέρου παναληθέα μαντεύεσθαι

h. e. ex me ipsa verissima vaticinabor, v. 23 ubi *προχέοντος* pro *προχέουσης* dictum est et v. 136 propter verbum *ἐξολέω*. Verum omnino color orationis venustus est et versus haut male compositi, molliter profluunt. Hoc autem primum e caesuris apparet. Totus enim liber cum 190 versibus constet, 127 caesuram habent trochaicam, 32 semiquinariam cum semiseptenaria et bucolica coniunctam, 23 semiquinariam cum bucolica, 5 semiquinariam cum semiseptenaria sine bucolica et duo tantum v. 20 et 163 solam semiquinariam, nam v. 11 corruptus est.

At has numerorum rationes non casui tribuendas esse, sed artificiosum Sibyllistae probare ingenium, manifestum est.

De singulis versibus pauca monenda sunt. V. 15 leg. est *ἀενάων*, quod optimi libri recte praebent. V. 17 l. *αὐτὰρ* pro *ἀτὰρ*. Haec autem particula in oraculis interdum copulativa est. Cf. I, 172 et 355. V. 71 leg. *ἰδ'* pro *ἦδ'*. V. 100: *ὀλισθαίνουσι*. V. 105 delendum est *τε* quod abest a praestantioribus libris. V. 113 leg. *σεισμοῖσι θεός* e Friedliebii coniectura. V. 146 l. *πολυκτέανον*. V. 167:

πικρὰν ἰάσασθε· θεός δὲ δώσει μετάνοιαν

legendum est:

πικρὰν ἰλάσασθε· θεός δώσει μετάνοιαν

v. Friedliebii nott. ad h. l. V. 171:

στέργοντες τάδε πάντα κακὰς δέξῃσθε ἀκοαῖς

l. *ἀκοαῖς δέξασθε* v. nott. V. 176:

καὶ πάσας πόλεις, ποταμούς ἅμα ἦδὲ θάλασσας

secundum codd. II V sic scribendus:

καὶ πάσας δὲ πόλεις ποταμούς ἅμα καὶ τε θάλασσαν.

V. 179 pro *ὅπερ* in codicibus Pr A B est *ὡςπερ* l. *ὅςπερ*. V. 185: *τάρατὰ τ' εὐφρόντα, μυχοὶ στνγίη δέ τε γέεννα* aut delendum est *δὲ* aut scribendum est *γέννα* pro *γέεννα*, ut in Frg. II, 11 et VII, 93 atque hoc praestat.

Productiones brevium syllabarum diligenter vitatae sunt. V. 11 videtur corruptus esse. Cf. Friedliebii notas. In caesura semiquinaria *σὲ* producitur v. 114, in semiseptenaria *ζόνις* v. 177, ubi tamen codd. II V *δ'* addunt. Hiatus ferri potest vv. 39. 56. 67. 69. 111. 164 et in thesi spondaica quarti pedis post *καὶ* v. 59. 132. De vv. 171. 176 dixi. V. 55:

οἷς γενεαὶ δύο μοῦναι· ἐφ' ᾧ τάδε ἔσσεται ἔργα

l. *ἐφ' ᾧ ταῦτ'* v. nott. ad h. l. V. 119:

καὶ τότ' ἀπ' Ἰταλῆς βασιλεὺς μέγας, οἷά τε ἀστὴρ

l. *τ' ἄρ* pro *τε*, quod scriptura codd. Pr F L R *δράτης* suppeditat. V. 126 pro *δορὶ* leg. *δόρει*, quam formam Tragici habent, cf. Hermann. Soph. Oed. Col. v. 620. V. 138:

ἦξει, καὶ Ῥώμης ὁ φνγὰς, μέγα ἔγχοσ ἀίτριων

leg. *ὁ μέγας φνγὰς*, e codd. Pr. B.

§. 7.

DE ORACULORUM LIBRO QUINTO.

Liber quintus fere eiusdem aetatis est atque liber quartus, sed ab alio auctore compositus, in versibus pangendis minus accurato. Tamen

hic quoque in universum eadem leges valent, quas in antiquioribus oraculis invenimus. Itaque cum 531 versus complectatur hic liber, 23 tantum inveniuntur cum sola semiquinaria, et novem (v. 18. 117. 260. 291. 399. 402. 407. 474. 492) cum semiseptenaria, quorum nonnulli vero gravem corruptelae suspicionem movent. Sine caesura sunt v. 407 et 157 qui plus uno mendo laborat. V. 110:

εἰδ' οὕτως τέλος ἔσσειται ἀφθίτον ἀνθρώποισιν
sed legendum est e Lactantio:

εἰδ' οὕτως κρίσις ἔσται ὑπ' ἀφθίτον ἀνθρώποισιν
cf. Struve frgm. Sibyll. apud Lactant. p. 49. Porro v. 152 pro ἡ legendum est cum Alexandro ὄλη. V. 197:

ὦ Λιβύη πάγλανστε, τίς σὰς ἐξηγήσεται ἄτας;
deleatur σὰς quod ab omnibus fere codicibus abest et legatur:

παγλαύστων Λιβύης δὲ τίς ἐξηγήσεται ἄτας;
Vv. 292 et 293 mutili sunt in codicibus, sed legi potest v. 292

Ἄσιδι δὲ δνομερῆ Ἀυδῶν τε γένει πολυχρόσων
coll. III, 170: *Ἀυδῶν τε γένος πολυχρόσων.* Vv. 86. 270. 312. 444. 445 emendavit Alexander. V. 133 inter *Λαπίδας* et *δάπεδον* excidisse potuit *στρώσας*. V. 418 deleto *ἐν* legatur *πόλιας*. Vv. 12 et 28 pro *ὄσις* cum Alexandro scribatur *ὄτις* cf. II. Γ, 279. H, 114. Φ, 107. V. 93:

καὶ σὴν πᾶσαν ὀλεῖ γαῖαν ἀνθρώπος κακότεχνος
quoniam penultima vocabuli *γαῖαν* nunquam puto in Sibyllinis corrigitur, neque *γῆν* scribi potest, verborum ordo sic transponatur:

καὶ ἀνθρώπος σὴν πᾶσαν ὀλεῖ γαῖαν κακότεχνος.

Vide quae de crasi §. 2 dixi, cuius cum hoc imprimis in libro frequentia sint exempla (*καὶ τὸν* v. 62, *κακῆν* v. 108. 131. *κοῦκέτι* v. 175. 275. 510. *καὶ τοὶ* v. 202, *καὶ τῆ* v. 444, *καὶ σχημοσύνη* v. 389, *καίς* v. 460. 502, *προῦβαινε* v. 541) etiam v. 258:

Ἐβραίων ὁ ἄριστος, ὃς ἠέλιόν ποτε στήσεν
sic emendari poterit

Ἐβραίων ὄριστος, ὃς ἰέλιόν τ' ἔστησε.

V. 267:

καὶ γλώσσαις ἀγλαίσις ἐπιστήσονται τράπεζαν

I. *ἀγλαίσι τράπεζαν ἐπιστήσονται.* V. 289:

Αἰ αἰ, Σάρδεις· αἰ αἰ, καὶ πολυήρατε Τράλλις·

leg. *Αἰαῖ Σάρδεις, αἰαῖ καὶ σὺ πολυήρατε Τράλλις.* Superest v. 273 corruptus.

Breves syllabae producuntur in caesura semiternaria v. 178. 179. 193, in semiquinaria v. 276. 282. 316. 344, in semiseptenaria v. 432. 507. 525. In eadem sede ante liquidam v. 480. Contra v. 159 leg.:

καὶ γλέξει πόντον βαθὺν αὐτὸν καὶ Βαβυλῶνα.

V. 166 non *μοιχεῖα* sed *μοιχεία* scribi debebat. V. 355 ἐθυσιαζόντας erratum est typhothetael.

Legitimus est hiatus in prima thesi v. 56. 80. 102. 306. 333. 378. 391. 489. Verum v. 255 pro ἄλλὰ l. αὐτὰρ. Vv. 374. 444. 505 correxit Alexander. In secunda thesi: v. 26. 190. 192. 415. Ferri potest v. 279 ἃ Ἀίγυπτος κατέδειξε ubi virgula praecessit et v. 369 ὡς δῆποτε ἄλλος ἐποίει post quartum dactylum. Contra v. 344 inter αἰθέρος et οὐρανὸν lacuna est in codicibus et κατὰ, Alexandri supplementum, propter hiatum ferri non potest. Hiatus in thesi tertii spondei post καὶ exstat v. 84. 307. V. 62: λυπρῆ, ὥστε excusatur interpunctione et spiritu. Idem cadit in v. 219: κόψει, ὡς προτέθειται. Sed v. 109 recipiendum est φῶτας e Lactantio et v. 495 l. ἡδ' pro ἦ.

Verborum delectum et elocutionem quod attinet, HomERICA sunt: αἰνοπαθῆς, βαθυδίνης, δολόεις, θυμοφθόρος, μερμηρίζω, ναιετώ incolas habeo, ὀλετήρ, περιναϊετώ, πολύκαρπος, πολυκοιρανῆ, τερπικέρανος, χρυσόθρονος, χρυσοπέδιλος, νόστιμον ἡμερ, πόνια Ἥρη, θεὸς ἄφθιτος, αἰθέρι γαίον, ἐπ' ὠκεάνιο λαιτρά v. 530, νεφέων ἐρεβεννῶν v. 252. Il. X, 309, πάντα μὲν ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα v. 276. Od. v, 109. 123. Hesiodica: βαρύκλυπος v. 76, πανάριστος v. 48. Hes. Opp. 291. Tragicorum propria, imprimis Euripidis: ἄκλαστος, ἀθλέω, βαχενύω, δάκος (v. 343 serpens. cf. Nicandri Ther. 335. Aesch. Ag. 798 equum Troianum sic vocat), θηλυγενής, θρέπτειρα, κελάδημα, κόπος, κύρις libido, μητροκτόνος, νάματα, δξύστομος, πάμμορος, πάμπλοντος, πάμπολις, πάμφορος, πολύθρηνος, πολύμοχθος, πυρίφλεκτος, πυρόω, τριτάλαινα, χιονόδης. Ab Arato petiitum est ἀνάστερος v. 531. Arat. 226. A Nicandro λαιφάσσομαι v. 649, nam λαιφάσσω pro λαφύσσω exstat in Ther. 479. Ex Orphicis fluxerunt: πανέξοχος v. 49. Orph. Arg. 80 Man. II, 30 et ψυχοτρόφος v. 500 de quo in §. 5 dictum est, ex Anthologia denique θεότενκτος. Vocabula κοινὰ magno numero etiam in hoc libro exstant: διθάλασσος, δίκερως, ξιταλι pro ξιπαλιν, ἔσσαρκος, ἔντυπος (redit X, 148. XII, 226), θεατροκοπέω, θεόπνευστος, θεόχριστος, θυμώ alicuius iram excito, καρπέω, μεσόγαιον, μυρίανους (cf. Lobeck. in Phryn. p. 665) ὄλοθρεύω, ὄστράκινος, πολύκλαστος pro πολύκλαντος, πάμμουσος, παμπληθεὶ, πανόδυρτος (v. 394. apud Tragicos nunc ubivis πάνδυρτος legitur), πλωτεύω, ξαμφῆ, συρίζω v. 253 nam Atticum est συρίζομαι, σκοτόμαινα de quo Lobeckius dixit in Phryn. p. 499, τεφρώω (Nicand. Alex. 534 all.) φωλεύω. Ex antiquioribus oraculis redeunt: ἀδούλωτος, ἀπλόω, πανειτίσκοπος, πολύολβος,

φραμακίη. Vocabula nova sunt: ἄμυρος v. 129, ἀτασθάλιος pro ἀτάσθαλος v. 81, ἀνοικοδόμητος v. 409, βροντηδόν v. 345, ἐχιδοχαρής v. 169, ἐκθυσιάζω v. 355, θειογενής v. 261, κυπάσσιον v. 187, κερόχρησος v. 355, κοσμομανής v. 362, λινώστολος v. 492, μηλοφάγος v. 11 (redit IX, 111. 305. X, 11. Nonn. Ev. Ioh. 16, 262), μεγάλωσθενος v. 63. 196. XII, 207 pro μεγαλοσθενής, μητρολέτης v. 386, ὄρειβάτης pro ὄρειβάτης v. 43 (sic ὄρειομανής Orph. H. 30, 5. ὄρειονόμος Antip. Sidon. in Anth. Pal. VI, 14. ib. 240. Orph. Argon. 155. ὄρειοπλανής Tryphiod. 221. Nonn. Dionys. V, 408 all. ὄρειοχαρής Anthol. Planud. 256. Apud poetas Atticos unicum huius compositionis exstat exemplum, nempe ὄρειόπλαγκτος Arist. Thesm. 326), ὁμόθεσμος v. 265, πολήτωρ v. 4. X, 4., πολυδείματος v. 95, περιπάμπολον v. 210 (num forte legendum est περὶ τὸν πόλον?), πολυήλατι χαλῶν v. 218 (de quo heteroclitō Lobeckius dixit in Paralipp. p. 180), πολύφυτος v. 126, πλῆγὰς v. 222 (lalx, δρέπανον v. Hesych.), προχάρισμα v. 331, πρηνηδόν v. 399 (Nonn. Ev. Ioh. 4, 117), σταλαγέω v. 118 pro σταλάω, τηρήμιον v. 400, τριάδελφοι v. 215 (ex Tzetze praeterea hoc vocabulum notatur in Lexicis, prosus barbare ad recentiorum Graecorum morem formatum), φιλοθρέμιον v. 395 et ψαμαθηδόν v. 96. Lexicis addantur: ἀναιάζω (v. Alexandri notam ad V, 156. redit v. 313 et IX, 183), αἰγοκερίτης v. 207, αἰσχημοσύνη v. 389, δίκυμος v. 32. X, 84., δολότης v. 362, κοσμοβαρής v. 462, πεντηκοντάριθμος v. 41, πολεμοκτόνος v. 253 (sed quid hoc est πολ. ἦχος? Fortasse legendum est πολεμόκλονος, quod in Batrachom. 4. 267. Orph. H. 13, 6. 31, 2. 64, 4. Maneth. VI, 67 exstat.), στενόβουλος v. 242. Sed ἐνθεότιμος v. 268 vox nihili est, et recte Struvius in Thes. Paris. s. v., εὐχῶσιν θεοτίμοις legendum esse monuit. De βαρβαρόφρων et γαμοκλοπίη iam in superioribus §§ dictum est. Itaque si singula examinantur, notandus est v. 77:

ἀντιθέους δε λίθους καὶ κνώδαλα θρησκεύοντες.

ἀντί Θεοῦ δὲ emendavit Opsopoeus, sed ferri potest ἀντίθεος h. e. res, quae ἀντί Θεοῦ est, quae dei in locum successit. Talia adiectiva Aeschylus frequentavit: ἀντίδουλος qui pro servo est Choeph. 133. Frg. 186; dolorem vocavit ἀντίκεντρον, qui pro incitamento est, Eum. 131. 444; μνήμην ἀντίμισθον, quae pro mercede est Suppl. 267; ἀντίποινος sicut ἀντίτιμος quod pro remuneratione est Eum. 258. Pers. 468; ἀντίφρωνος pro dote Ag. 394; apud Lucianum Gall. 9 exstat: ἀντίδευνος conviva, qui alius in locum successit; ἀντίψυχος apud eundem Lexiph. 10 est id, quod pro vita datum est; Nonnus lapidem qui pro porta inservit ἀντιθύετρον vocavit, denique in veteribus glossariis vigilis vicarius ἀντίφρωνος vocatur; proxime accedunt ea voca-

bula quae magistratus Romanos denotant, velut ἀνθύπατος, ἀντιστρά-
τηγος, ἀντιπαμίας et ἀντικοσμήτης in Boeckhii C. I. 284.

V. 111 notanda est structura ἐρεθίζειν τινά τι incitare aliquem
ad aliquid. V. 119 βοτρυδὸν (cf. II. B, 89) nihil aliud significare
potest quam prorsus penitus: itaque non absona videtur Alexandri
emendatio βαθρηδόν, funditus. V. 134 notandum est βαθύρους pro
βαθύρρους. V. 136:

Ἡριδανὸς φάσκειν θηρῶν μορφάς ποτε γεννᾶν

h. e. Eridanus, quem dicunt aliquando animalia esse geniturum, sed
recte animadvertit Alexander, hunc versum e corrupta prioris lectione
manifesto repetitum esse. V. 195 pro μελανόχροες l. μελανόχροι ex
Od. τ, 245; nam dicendum erat μελανόχρωτες.

Interdum in hoc libro ι breve producitur, velut in ληνόστολος v.
492, ἀφθίτως v. 503, Σικελίη v. 16 (cf. Nicand. Frg. Aetol. p. 24 dis-
sert. nostrae). Contra ne ea quidem desunt exempla quibus ι longum cor-
ripitur, θλίβεται v. 86, καὶ κλίμα v. 399. Legerem κλίμα τε, nisi
Nonnus quoque hanc syllabam corripuisset, Dionys. III, 5. XXI, 208.
XXVI, 147. XXXII, 42. XLVII, 407, de quo Lobeckius monuit in Pa-
ralipp. p. 418. Denique v. 414 notandum est ἀνῆρ, penultima producta
in thesi, comparandum cum Homericō ἀνῆρχόμενῳ II. Α, 392. Apoll.
Rhod. I, 821, de quo cf. Wolfii praef. nov. ed. Hom. p. LV.

§. 9.

DE ORACULORUM LIBRO SEXTO ET SEPTIMO.

De libro sexto et septimo, qui paucis comprehenduntur versibus,
pauca monenda sunt. Et caesurarum quidem ratio eadem est, quae supe-
riorum librorum. Libri septimi vv. 1 et 86 correxerit Alexander. V. 54:

ἀλλ' αἰεὶ τυπάνοις καὶ κρότοισιν ἦχον ἔδωκαν

post eiusdem curas sic legendum esse censeo:

ἀλλ' αἰεὶ τυπάνοισι κρότοισιν ἔδωκαν.

V. 62:

Τῦρε, σὺ δ' ἤλιθα λήψη μόνη· εὐσεβέων γὰρ

foede corruptus est et prorsus ἀμετρος. Alexandri emendatio ἦμισσα
λείψη parum metro profuit. Itaque coniiicio:

Τῦρε, σὺ δ' ἦλιθα λήψη· εὐσεβέων γὰρ μόνην

De geminato σ in commissura vocabuli compositi cf. Orac. V, 246:
δύσσηχέος. Praeterea leguntur: ἐπισσεῖω II. Α, 167. O, 230. ἐπι-
σσεῖω sexcenties apud Homerum, et Theodorid. in Anth. Pal. VII, 439.
Cynaget. IV, 136. κατασσεύομαι apud Nonnum. μετασσεύομαι apud
poetas epicos. περισσεῖω II. T, 382. X, 315. περισσαίνω Od. x, 215.

π, 4. 10. Orph. Lith. 424. ἐπιποσσαίνω Apoll. Rhod. III, 973. ἐπίσσωτρον Il. A, 537. Y, 502 all. ἐπίσσυτος Aesch. Ag. 861. 1121. Eum. 883. κατάσσυτος Nonn. Dionys. XXI, 329. Μεγαλοσσάκεια Apoll. Rhod. I, 1045. φερεισσακίης Hes. Scut. 13. Nonn. Dionys. XIV, 28. XV, 66. XXXI, 250. XXXIV, 205. XLI, 391. Ev. Ioh. 18, 67 all. Christod. Ecpfras. 163. πολιισσοῦχος saepius apud Aeschylum. V. 90: ἀμφαδόν· σὺ πάτερ, σὺ χορηγητήρ, ἐπίακουσον

codices non ἀμφαδόν σὺ sed οὗ et οὐ habent. Legendum itaque ἀμφαδόν· οἶο. V. 112:

ὀλλυμένη φθέρῃ λαμπρόν ποτε καὶ μαρμαίρειον
ultima vox neque versui apta est, neque sententiae. μαρμαίρειον, quod Alexander dedit, parum placuit. Itaque conicio σμαράγειον, quod vocabulum in Lexicis quidem non invenitur, sed recte ad aliorum analogiam a σμαραγέω formari potuit. Pessimus et prorsus elumbis est v. 96:

Σαρδῶν, νῦν σὺ βαρεῖτα, μεταλλάξῃ ἐς τέφρην
leg. μεταλλαχθήσῃ ἐς τέφρην.

Producitur autem ultima syllaba vocabuli θεὸν in caesura semisepthenaria VII, 130: σὲ in semiternaria ante σ VII, 74. At VII, 9:

πλεύσει γῆ, πλεύσει δὲ ὕρη, πλεύσει δὲ καὶ αἰθήρ
leg. πλεύσουσιν ὕρη coll. I, 193. V. 50:

ἐκπρομόλον τε φέρον γε αἰεὶ σημεῖον ἀνάγκης
retinenda erat Alexandri lectio, quae optimorum librorum est: τὸ φέρονσ' αἰεὶ h. e. vexillum quod semper signum imperii (I. σημήιον ἀρχῆς) prae acie fertur. V. 67:

Ἰορδάνου ἐν ὑδάτεσσι, καὶ ἔπιτατο πνεῦμα ἐπ' αὐτῶ
vitiosam clausulam πνεῦμα ἐπ' αὐτῶ primus in textum intulit Friedlieb: sed cum Alexandro retinenda erat codicum scriptura paululum emendata πνεύματι πολλῶ, obscurior quidem, sed apta tamen ad numerum. Hiatus in secunda thesi ferri potest VII, 27: πυρὶ, οὗ et v. 78: λασιότριχα· ἀλλ'. Verum VI, 28 post ἡνίκα recte δ' inserunt H M Q R V et VII, 16 correxit Alexander. Hiatus post καὶ semel invenitur VII, 121 in spondaica thesi tertii pedis, praecedente caesura et interpunctione.

De dictione libri sexti nihil notatu dignum est praeter formulam χίματα πεζεύσει, per fluctus pedes ibit v. 13, pro: ἐπὶ vel διὰ χιμάτων πεζεύσει, de qua Jacobs. dixit in Philostr. Imagg. p. 252. At in libro septimo inveniuntur quaedam sensu haud plane perspicua, velut v. 3, ubi de Rhodo insula vaticinatur Sibylla:

Ἔσση δὲ πρώτη πόλειον, πρώτη δ' ἀπολέσση,
ἀνδρῶν μὲν χήρη, βίότου δὲ γε πάμπαν ἀδενκίης.

„doch an Lebensbedarf ohne Mangel in allem“ ultima verba vertit Friedliebuis: paulo rectius Castalio, nec iam mortali habitabilis ulli; nam ἀδευκής est acerbus, amarus, itaque interpretandum est, propter vitae conditionem incolis austera videberis. V. 45 ubi de incesto filiae cum patre sermo fit, mirum in modum dictum est:

Ἐγγάτηρ δ' ἐπὶ πατρὶ κλιθεῖσα
βάρβαρον ὑπνώσει τοῦτον νόμον.

V. 149:

ἀλλ' ἅμα πάντες

μάνην τὴν θροσερὴν λευκοῖς ὑπ' ὄδοῦσι φάγονται

quod prosus ineptum est. Codices Pr B habent λευκοῖσιν ὑπ, I. λευκοῖσιν. Praeterea v. 78 notandum est vocabulum ἀρνεῖον. ἀρνεῖον correxit Alexander: legitima forma haec est, paraschematista illa, sed puto retinenda. Mutatae enim substantivorum terminationis in εἰον exempla, quae ante Alexandri magni aetatem rara sunt numero, frequentantur apud scriptores Alexandrinos, poetas imprimis. Cf. Lobeckii Paralip. p. 324. κρεῖον pro κρέας dixit Euphorio. Unus Nicander haec habet: βλαστειον, δένδρειον, δορπίτιον, ἐχέειον, καρπειον, χορσειον, κναθειον, νάπειον, πετάλειον, πορθειον, συμφνεῖον, σπερμεῖον, στρομβειον, χαράδρειον, χέλειον all. Vocabula HomERICA rotavi in hoc libro ἑαθάμυγες, καρτερόθυμος, ἀλδαινω. In Anthologia redit ἀπαγγελτήρ. Vocabula recentia, ne de iis dicam, quae e prioribus iterantur oraculis, sunt δυσέμβατος, κρημαλέος, νομήτωρ (Man. VI, 357. Nonn. Dionys. XII, 20. XLVIII, 165.) σκύβαλον. Vocabula nova: ἀγρηγὸς v. 79, διαγγελτήρ v. 33 (sed οἱ δὲ δὴ ἀγγελτήρες restituit Struvius), δυσβασάνιστος v. 128, κερδαντήρ v. 136, πάμπυστα v. 138 (I. πάμπυστα?), πανάπυστος v. 154, σεβασμοσύνη v. 73, χορηγητήρ v. 90 (χορηγέτης habet Iambl. vit. Pythag. 186, usitatum est χορηγὸς). Denique notandum est φῦλον, v. 41 et λάδον v. 119 quod non semel redit in oraculis.

§. 10.

DE ORACULORUM LIBRO OCTAVO.

Libri octavi versus admodum boni sunt et accomodati ad regulas antiquorum oraculorum. Itaque de caesuris non est, quod dicam. Semiseptenariam quinquies inveni, v. 32. 311. 480. 481. 487. Sine caesura est v. 436, sed videtur corruptus esse. V. 385 transpositione verborum sanandus est et propter Od. ι, 293 legendum videtur:

καίουσιν σάρκας τε καὶ ὄσπετα μυελόεντα.

Praeterea v. 187:

πιστοποιθεῖς, ψευδέσει λόγοις δύσφημα χέοντες
pro πιστοποιθεῖς puto legendum esse πιστολέται, quod Orac. II, 263
exstat. V. 196:

καὶ ὁπόταν παῖς ποῦ' ἱερὸς δολόφωνα πάντων
legendum est τίσθ' e correctione Alexandri et δολιόφωνα. V. 208
correxit Alexander. V. 440:

σῶ παιδὶ πρὸ κτίσεως πάσης στέρνοισι πεφυκῶς
σύμβουλος,

praepositionem πρὸ a pio interpolatore profectam esse censeo. V. 451 sq.:

Ἥλιος, μήνη, χορὸς ἄστρον, οὔρεα ἔ' ἡμαρ
εὐφρόνη, ὑπνος, ἔγερσις, πνεῦμα καὶ ὄρη,

l. οὔρεα πάντα vel μακρὰ, nam ἡμαρ cum οὔρεα coniunctum ineptum est. Contra v. 452 post εὐφρόνη inserendum est ἡμερα, quod prioris vocabuli locum in codicibus F L R obtinuit. V. 488 l. οὔποτε pro οὐδέποτε. Molestus est creticus *σπαργανωθὲν* pro dactylo positus v. 478, sed ferendus videtur quoniam aliter hoc vocabulum, quod sensus tamen flagitat, versui aptari non potuit.

Brevis syllaba producitur in caesura semiquinaria v. 44. 181 (quamquam vocabula *σπορίμων πληθὺν* puto transponenda esse). 276. 425. 426. semiseptenaria v. 88, semiternaria v. 27. 87. 335. 431. At v. 175 corruptus est. V. 244:

σῆμα δέ τοι τότε πᾶσι βροτοῖς σφρηγὶς ἐπίσημος

l. *σῆμα δέ τοι σφρηγὶς, τότε πᾶσι βροτοῖς ἐπίσημος.*

V. 450 pro *χθῶν γε* l. καὶ *χθῶν.*

Hiatus in prima thesi ferri potest v. 39. 72. 375. 397. Accedit v. 188 *ἀλλὰ ἀναιδῶς* ubi interpunctio praecessit. Verum v. 205. l. *θ' ἐπανάστασις* et v. 361 *οἶδα δ' ἐγὼ* secundum A M et Herodotum I, 47 qui hunc versum in oraculo Delphico rettulit. In secunda thesi legitimus est hiatus v. 169. 194 et 436, non vero v. 434 *ῥοιζήματα* [*ἡλίοιο*] quam ob causam hoc Friedliebii supplementum ferri non potest. Post *καὶ* in thesi tertiæ spondei hiatus invenitur v. 7. 98. 368. 405. 415. 416, quarti v. 54. 91. 311. 339. 415. 416. Sed v. 462:

δέξαι ἀχράντοισι θεὸν σοῖς, παρθένε, κόλποις

l. *ἀχράντοισι θεὸν σοῖς κόλποις, παρθένε, δέξαι.*

Oraculorum compages, qualis hodie libro octavo circumfertur, secundum Friedliebium prolegg. p. LIX sq. exeunte saeculo altero, a nescio quo viro Christiano, in unum redacta est. Is autem contra reliquorum Sibyllistarum morem, in elocutione ab Homero, Hesiodo et poetis tragicis parum profecit, immo quam plurima vocabula e scriptoribus *κοινοῖς* et ecclesiasticis, vel recentioribus poetis suum in usum convertit: multa vocabula aut ipse nova formavit, aut e fontibus obscuris derivavit,

qui hodie explorari non possunt. Nam Homerica sunt: βαρβαρόφωνος, ηλεθάω, υπέροπλος, υποτρομέω, υπήκομος, νεκρών εἶδωλα καμώντων, ὄστια μυελόντα, πολέμον καὶ δημοτήτος v. 193, in eadem versus sede II. E, 348 all. πλατύνωτος v. 21 e Batrachomyomachia petitum est v. 267. Θεὸν ὑψιμέδοντα v. 355 ex Hes. Theog. v. 529. Tragicos in memoriam vocant: ἀναιμακτος, ἀτμός, γεννήτωρ, κέλευσμα, μέγανχος, μητροκτόνος, πολυθρέμμων Aesch. Pers. v. 33, παργανώ, φλογμός, χλιδανός. In Anthologia redeunt ἐγκρύφιος, κενιτόφρων, πολυπόικιλος, πολυτερετής. De ταυρόθυτος v. 493 d. Orph. Arg. v. 612. ἄκριτα φῦλα v. 140 habet Oppian. Hal. I, 80.

Secundo loco procedant: ἀροστίχιον pro ἀροστιχίς vel ἀρόστιχον, ἀμάραντος, αὐτοζέραστος, ἀφιλοξενίη, γιγάντιος, δυσανάσχετος v. 175. IX, 240, ἔκτυσμα, ἔκτοτε v. Lobbeck. in Phryg. p. 46, ζωογένεω, καύχημα ἔχω v. 48 e Novo Testamento pro καυχάομαι, καινοφανής, κλάσμα, κλειδοφύλαξ, κολαφίζω, τὰ κοσμικά, λεγειών, ματαιοφροσύνη, μηλοσφαγία, πεντάχρονος, πλατυπόρφυρος, πρόσκομμα, ῥάτισμα v. Phryg. p. 185 et Lobbeck. ad h. l., σαρκώω, σέβασμα, ταπεινοφρονέω, χοϊκός. Nova vocabula notavi: ἀγγέλτρια v. 117, ἀκτινοίεις v. 191, ἀνάσταμα v. 268 sed corruptum videtur, ἀπιστόφιλοι v. 186 pro quo in superioribus oraculis ἀπιστόφοροι dictum est, βαρυκτυπής pro βαρύκτυπος v. 433, βουτελάτης v. 480 sed lege βουπελάτης e Nic. Alex. 39. Apoll. Rhod. IV, 1342. Cyneg. I, 533, δούπημα v. 433, ἐξεδαφίζω v. 39, ἐχθραίνω v. 26 (invisum reddo, ich verfeinde. Suid: ἐχθραίνει, δοτικῇ ἐχθρὸν ποιεῖ, Tzetz. Chil. III, 518), ζωαρχίς v. 444. (Nonn. Dionys. XXV, 178. Ev. Ioh. 12, 127. 15, 91. 17, 60. Procl. H. 1, 2), θεόκλητος v. 479 (Nonn. Dionys. V, 93. Ev. Ioh. 1, 75. 9, 117. 16, 3. 18, 98), θεοπειθής v. 478 (Nonn. Ev. Ioh. 3, 116. 5, 40. 8, 128), λυθροχαρής v. 494 μεγαλαυχενίη v. 76 nisi cum Struvio legendum est μεγαλαυχίης, πολύχρονος v. 52 lectio propter metrum suspecta, πολίπνοια v. 180 h. e. ἀνέμοιο θύελλα, προσδηγός v. 24 (sed exstat iam Maccab. II, 12, 36 v. Jacobs. ad Anthol. Palat. III, p. 198), πυροφεγγής pro πυριφεγγής v. 435 (composita in πυρο pro πυρι recentiorum sunt: etenim ante Theophrasti aetatem apud scriptores Atticos duo tantum inveniuntur, si recte memini, πυροειδής apud Plat. Legg. X, 892. C, πυρώδης legitur in Critia p. 116. C et Arist. Avv. 1742, et πυροφάγης Arist. Acharn. 899, pro quo πυρόφαγής ex Cratina citatur apud Photium et Pollucem: reliqua semper in ι: πυριγενέτης, πυριγενής, πυρίδαπτος, πυριέκης Od. ι, 387, πυρίκαστος II. N, 564, πυρίμαχος, πυρίπνοος, πυρίστακτος, πυρίφατος, πυρίφλεκτος all.), τυραννώ v. 189, ὑψάχενος pro ὑψάχην v. 37, φφενόβλαβος pro

φρενοβλαβῆς v. 115. Lexicis addantur duo, ἀητοφόρος v. 78 et παγγενετήρ v. 501 (παγγενέτης habent Orph. H. 19, 5. 72, 2. Nonn. Ev. Ioh. 1, 106 all. Procl. H. 1, 34). Praeterea v. 52 notanda est formula ἔχων πέλας οὔνομα πόντου, nomen gerens vicini maris, de Hadriano dictum imperatore, et ὠρέω activum v. 240, de quo Suidas rettulit. De prosodia moneo, productum esso τῦχη v. 202 cf. III, 634 et πίειν v. 303, sed l. πίνειν, nam in aoristo huius verbi, excepto imperativo πῖθε, semper corripitur penultima.

§. 11.

DE POSTERIORIBUS ORACULORUM LIBRIS.

Iam vero inde a nono libro ad eam oraculorum partem pervenimus quam omnium novissimam esse certo apparet et quae propter aridum compositionis tenorem et frigidam elocutionem antiquiore quoque Syllista prorsus indigna est. Cf. Bernhardy. Hist. litter. Graec. II. p. 300. Vellem occulta mansissent haec oracula in bibliothecarum squalore, quae bilem et iram legentium movent, quoniam adeo corrupta sunt, ut fere tertius quisque versus claudus et ἄμειρος sit. Quos si quis omnibus vitiis emendare et purgare velit, codicis scriptura fere tota relicta, summa coniectandi audacia immutare et tentare paene omnia debet. Hoc autem et taedii plenum est et prorsus inutile, in tali praesertim argumento. Verumtamen magna vitiorum pars, quoniam leviore aliqua medela adhibita facillime sanari poterant, editorum negligentiae imputanda est. Et ne cui hoc temere a me dictum videatur, eiusmodi emendationum aliquot exempla proponere liceat. Itaque v. 5 post ἄπειρ videtur ἔστιν addendum esse. V. 31 deletur ὁ, praesertim cum codices lacunam inter v. 30 et 31 indicent. V. 32. 57. 121 l. πάλι. V. 33:

Αἰ αἰ σὺ, Μέμρι, αἰ αἰ σὺ, μεγάλη βασιλεία

l. Αἰαἰ σὺ, Μέμρις, αἰαἰ μεγάλη βασιλεία

V. 35:

ἔξολέσειε λαὸν σου πολὺν Ἐρυθραῖα θάλασσα

in promptu est verborum transpositio haec:

σοῦ πολὺν ἔξολέσειε λαὸν Ἐρυθραῖα θάλασσα.

V. 42 deletur δέ. V. 48 l. Υἱωνοῖτο (fortasse Υἱωνοῖτο coll. v. 56) υἱός. V. 55:

καὶ πᾶσι παμφύλοισιν, ἢ δ' ἄλλοις πᾶσι βροτοῖς

l. πᾶσι τε Παμφυλοῖσιν, ἢ δ' ἄλλοις πᾶσι βροτοῖσι.

V. 62 post πολύλοβος inserendum videtur ἀναξ coll. v. 69. V. 67 καὶ ὑπὸ coalescant per crasin in χυπὸν, quae forma aliquoties apud Euripidem invenitur. Cf. Iph. Aul. 1118. Ion. 1270. Cycl. 208 coll.

Androm. 736, et certe in oraculis Sibyllinis ferenda est. Etenim in recentioribus quoque oraculis crasis exempla admodum frequentia sunt: *κἀγὼ* VIII, 409. *κἀκπραχθήση* ib. 128. *κἀξεδαφισθήση* v. 39, *καί- τος* VII, 157, *καὶ* VIII, 33, *κείς* v. 67, *κούδὲ* v. 27, *κούκ* v. 344, *κούκῃ* v. 326, 342, *κούτε* v. 84, *τούνομα* v. 331. IX, 18, 141, *χῶς* VIII, 383, 388. V. 70 lege *ἐπ' ἀντολήσει*. V. 72:

ἀλλ' ὅταν εἰκοστὸν ἔτος καὶ δέκατον βασιλεύσῃ

legi potest:

ἀλλ' ὅταν εἰκοστὸν δέκατόν τ' ἔτος ἐμβασιλεύσῃ.

V. 74 adde τ' post *ἐλευθέριον* et v. 75 δ' post *μονάδας*. V. 86 l. *τὰ ἅπαντα*. V. 92 l. *σημίαια*. V. 94 l. *ἐπὶ τέραμα χρόνοιο προσελ- θών*. V. 95 l. *δῆ*. V. 98 l. *τούτων δὲ*. V. 101 adde δὲ post *μοίρας* et v. 102 τ' post *μονάδας*. V. 104 l. *Ἄρηι*. V. 96:

ὄσαι δὲ φήτραι, ὄσαι πόλεις, ὄσαι δὲ νῆσοι

l. *φήτραι ὄσαι, ὄσαι τε πόλεις, ὄσαι δὲ τε νῆσοι*

nam in codice est *φήτραιος δὲ* in initio versus. V. 106:

αἱ αἱ σοι, Πέρσις γῆ, ὄσσα ἐκχύματα δέξῃ

l. *αἰαῖ σοι, Πέρσις γαίη, πόσον ἐκχυμα δέξῃ*

coll. III, 320. V. 117 l. *ἔσται ἐπανάστασις ἀνδρῶν* coll. v. 121.

Cum post versum 119 excidisse quaedam veri dissimile non sit, fortasse v. 120 legendum est *ἀνδρὸς ἐπὶ πληγῆν*, nam σ' abest a codice. V.

130 l. *βασιλεὺς κλυτὸς αἰχμητάων*. V. 138

αἱ αἱ, ἐν νυκτὶ μιᾷ πόσουσ' ὑποδέξεται ἕδης

l. *αἰαῖ ἱῆ ἐν νυκτὶ* coll. I, 186, III, 404. V. 141 l. *σχίσει*. V. 142

l. *ἐπὶ νόστιον στοιχίσει*. V. 143:

δῆ τότε καὶ πεσεῖται δολίης ἐν χειρὶ γυναικός

l. *δῆ τότε καὶ δολίης δὲ πεσεῖτ' ἐν χειρὶ γυναικός*

nam eiusmodi elisiones in Sibyllinis non raræ sunt. V. 146 l. *με- γάλω πυρὶ*. V. 155 l. *καὶ τότ' ἀναστήσει*. V. 156 nonnulla exci- disse videntur, coll. v. 72. V. 159 correxit Friedliebuis in notis. V.

164 pro *σοφώκατ'* l. *σοφώτατον*. V. 172 l. *τελειωθῆ ἄπερ εἶπον*.

V. 180 Friedliebii coniectura neque versui apta est neque a sensu com- mendatur. V. 183 l. *ἀναιῶξαι* pro *ἀνοιμῶξαι*. V. 189.

τὸ δ' οὔνομα τοῦτο μεθέξει

δεκάκις πενήκοντα ἀριθμῶν στοιχεῖ' ἐν ᾧ³ δηλοῖ

l. *πεντήκοντ' ἀριθμῶν* (sic Codex) *δεκάκις δῆλον στοιχείων*. V. 195

l. *παῖς*. V. 196 l. *ἀρχομένοιο γένος δὲ*. V. 197 l. *ἀληθέα*. V. 189:

πολλῶν δ' αὖ μερόπων ἀνδρῶν πόλεις ἐξαλαπάξει

l. *πολλῶν δ' αὖ μερόπων ἀνδρῶν πόλιος τ' ἀλαπάξει*

coll. XII, 292 *οἴκοις δ' ἀλαπάξει*, nam in reliquis sane Sibyllinorum

libris semper *ἐξαλαπάξει* in hac versus sede legitur. Cf. I, 388. III,

174. 179. 302. IV, 505. V, 102, 107. 173. 346. 413. X, 195. 247. 255. XII, 147. V. 208 l. ἀριθμοῖο. V. 218 l. πᾶσι τε. V. 219 l. Αἴγυπτος δ' ὀπίσταν. V. 225 l. εἰν ὀλλίγοις ἔτεσιν. V. 230 l. ἔσσονται. V. 233 l. Μακεδονίοιο. V. 238 et 241 l. μελάμβωλος.

Sed haec sufficiant ad depravatam codicis conditionem et nimiam editorum negligentiam probandam. Ab ipso autem horum carminum auctore versus tolerabiles saltem compositos olim fuisse, persuasissimum est, cum in iis versibus, quos bona fortuna integros servavit, in admittendo hiatus et brevium syllabarum productione, easdem leges observasse mihi videar, de quibus in reliqua oraculorum parte satis superque exposui. Sed de his hactenus. Etenim movisse quaestiones et indicasse difficultates nunc quidem satagimus, quas aliorum ingenia facilius et accuratius expediant. Nam:

ἀρχή τοι ἤμισυ παντός.

Ceterum censeo non improbatum iri lectoribus, si quae in libello nostro oraculorum emendationes hic illic dispersae leguntur, iam in fine dissertationis ipsorum oculis continuo subiiciantur elencho. Legatur itaque:

		pag.
Frg. I. v.	37: ἀντὸς στήριξεν μερόπων μορφήν τε τύπον τε	16
Frg. II. v.	23: φρενῶν αἰσθήσιν ἀφαιρεῖ,	10
	v. 31: ἃ δὴ κᾶσχιςτ' ἀγορεύειν	7
Lib. I. v.	11: οὐρανὸν ἔψωσε,	22
	v. 18: ὅσα νῦν καθορᾶται [ἐν αὐταῖς].	—
	v. 21: κόσμος δὲ ἔπαιτετέλεστο.	25
	v. 37: γῶς θῆρες δὲ βίνεσxon,	22
	v. 38: Καὶ μετέπειτα Θεὸς ἀγορεύσας τοῖσιν ἐφειμάς,	25
	v. 50: κᾶβαλεν ἔξω	5
	v. 56: ἀθάνατος θεὸς ἀντὸς	23
	v. 57: πληθύνεσθ' αὖξεσθε καὶ ἐργάζεσθ' ἐπὶ γαίης	25
	v. 82: γαίη δὲ μιν ἀμφεκάλυψε.	20
	v. 85: καὶ εἰν αἰδαο μολόντες	23
	v. 97: μεμηλότι τεχνῶοντο,	—
	v. 99: ταύτης, ὅτι φρεσσίν	—
	v. 103: εἰς γέιναν	25
	v. 139: κέχυνται περὶ σῶμα	21
	v. 170: πρᾶκτη, ἀλλὰ δαίω βιώτω πεφυλαγμένος ἦσαν.	23
	v. 187: αὐτάνδρους τε πόλις	—
	v. 207: τετραπόδων τά τε φῶλα, καὶ ἐρπετὰ καὶ πε- τερνά.	—
	v. 233: περιέσσοῦ ἀπὸ τοίχων ἐμπέροισ ἀμοῖοσι κατ' ἀντίον ἀμοσθέντος.	21

		PAGE.
	v. 239: διελὼν τότε,	23
	v. 248: ἀθδης ἵνα γνοίῃ εἰ ἐπαύσατο	—
	v. 278: ἄμα πάντα [μετ' αὐτῶν]	22
	v. 309: ἐπὶ πᾶσιν ἐπέσται	21
Lib. II.	v. 13: ἄλευθεροπραξία δ' ἔσται	19
	v. 21: τ' ἀπειροσίων ἀνθρώπων	25
	v. 64: τὰ δίκαι' ἀγορεύειν	23
	v. 73: μὴ συκοφάντει, μήτε φόνει μὴ ἀρσενοκοίτει.	—
	v. 95: μὴ πίνειν ἄμετρα	—
	v. 146: μὴ μιμοῦ κακότητα	26
	v. 189: δείξειεν ἀπολλυμένον βίβιοιο.	25
	v. 208: ἐπ' αἴρος	23
	v. 215: Ῥαφαήλ τ' Οὐραήλ τε,	—
	v. 224: νεύσει νεῦρά τε, καί τε φλέβεισιν ἀπάσαις αἷμα, δέρματι δ' ἐν χθόνιαι πρὶν ἔθειραι ἰσαῦθι φύσσουσιν	24
	v. 229: πνλῶν ἀχαλκεύτον αἶδαο	25
	v. 233: καὶ ὄσους εἶλε κατακλυσμός	24
	v. 249: Ἀμβρακιδμ, Ἰωνᾶς τε καὶ οὓς ἔκτειναν Ἑβραῖοι.	—
	v. 258: οἰκοφθόροι αἰνοί,	—
	v. 265: διήκοιοι εἰσορόωσιν,	19
	v. 270: οἷ τόκον ἐκ τοκετῶν συναθροίζοντες κατὰ οἶκος,	24
	v. 275: κάλλιπον οὐ τίσαντες	—
	v. 326: Νῆξ ἤλθεν, οὐκ αὐριονέσται,	—
	v. 345: εἰδνία. Σὺ δέ τε σῶτερ	25
Lib. III.	v. 3: ἔνδοθεν ἤτορ	9
	v. 37: ψευδῶν, διγλώσσων ἀνθρώπων ἢ κακοηθῶν	3
	v. 47: εἰς ἐν δ' ἰθύνοσαι, τότ' ἂν βασιλεῖα μέγιστα	4
	v. 70: οὐποθ' ὄλωσ θεοῦ εἰσήκουσαν.	5
	v. 72: καὶ δύναμις φλογόεσσα	16
	v. 83: πεσσεῖται πολύμορφος	—
	v. 123: Δημήτηρ, Ἐστίη ἐνπλόκαμός τε Διώνη,	3
	v. 127: κᾶκριναν βασιλῆα	10
	v. 128: οὐνεκά τοι πρόξιστος ἔην τε καί	4
	v. 132: Ὅππότε κεν δέ Ῥέη τίκτη,	16
	v. 134: αὐταρ θήλει ζῶντ' εἶπον παρὰ μητρὶ τρέ- φεισθαι.	4
	v. 183: πτώμ' ὅταν ἄρξωνται	7
	v. 213: Ἀνδράσιν εὐσεβείαν θ'	—
	v. 218: Ἔστι πόλις Ἀσίης τε	4
	v. 227: τὰ προμαντεῖ' ἀστρολογοῦσαι,	9
	v. 260: ἡέ λαθῶν θρητούς,	8
	v. 265: οὐδέ φηγοῦνται	16
	v. 295: ἔπαισε τὸν ἔνθειον ἕμνον,	9
	v. 302: ἀθάνατος θ', ὅτι θεοῦ γαδὸν μέγαν ἐξαλάπαξεν.	5
	v. 316: ῥομφαῖαι γὰρ σοῦ διελεύσονται διὰ μέσσον,	4

	pag.
v. 327: <i>ἔλεύσονται ἐς ὄλεθρον,</i>	7
v. 331: <i>τοὺς μὲν ὑπὸ πτολέμου</i>	—
v. 336: <i>καὶ φθορὰν ἡγεμόνων</i>	5
v. 342: <i>ἐν Αἰδί [γῆ] μὲν Ἰασσός,</i>	7
v. 361: <i>ρίψει δ', ἐκ δὲ γαίης πύλιν</i>	8
v. 403: <i>ἀίμαον</i>	5
v. 404: <i>αὐτόπρεμον ἄστον</i>	—
v. 405: <i>ἐν πόλει Ἀρτάνδρου σεισθήσονται</i>	—
v. 466: <i>πολυθρολλητον δὲ τ' ἀναιδέα</i>	7
v. 474: <i>Θοῦκας δ' Ἀκροβύζαντος</i>	4
v. 487: <i>καὶ Σικνῶν χάλκειος</i>	5
v. 510: <i>Ἑλλάδ' ἐπισσυνέως πορθεῦντ',</i>	—
v. 511: <i>γαίῃ ἐν ἀλλοτριῇ δώσεις [κακὸν]</i>	—
v. 512: <i>Αἰαῖ σοι Μαγῶν, ἄμυ Γῶν, καὶ πᾶσιν ἐφρέξῃς,</i>	7
v. 529: <i>πᾶσαν ἔβρον δεινὴν πάσχοντας</i>	5
v. 536: <i>οἴσουσιν δ' ἐχθροῖσι</i>	7
v. 537: <i>Λούλειος δ' ἄρ' ἐπεὶ</i>	5
v. 551: <i>Χίλια δ' ἔστιν ἔτη</i>	7
v. 571: <i>ὅσα Θεός γε μόνος βολεύεσται οὐκ ἀτέλευτα</i>	5
v. 625: <i>ἀλλὰ λιπὼν πλοῦτιον</i>	11
v. 674: <i>λάμπουσαι ἐς μέσσον ἀνθρώπων.</i>	8
v. 758: <i>Ἀθάνατός θ' ὅσα</i>	7
v. 782: <i>Ἔσσειται δὲ γε πλοῦτιος</i>	6
Lib. IV. v. 15: <i>καὶ ἀενάων στίγμα</i>	27
v. 17: <i>αὐτὰρ ἱλαίην.</i>	—
v. 55: <i>ἐφ' ὧν ταῦτ' ἔσσειται ἔργα</i>	—
v. 71: <i>βαρεῖαν ἰδ' Αἰδί</i>	—
v. 100: <i>ὀλισθαίνουσι</i>	—
v. 105: <i>πέργος ἰρέμευ.</i>	—
v. 119: <i>οἶά τ' ἄρ' ἀστήρ,</i>	—
v. 126: <i>πολλοὺς δόρει</i>	—
v. 138: <i>ὁ μέγας φρυγὰς ἔγχος αἰετων,</i>	—
v. 146: <i>πολυκτεῖανον</i>	—
v. 167: <i>πικρὰν ἰάσκεισθε. Θεὸς δώσει μετάνοιαν,</i>	—
v. 171: <i>ἀκοαῖς δέξασθε,</i>	—
v. 176: <i>καὶ πάσας δὲ πόλεις ποταμοὺς ἄμυ καὶ τὴ</i> <i>θάλασσαν</i>	—
v. 179: <i>ὅσπερ ἀῆψεν</i>	—
v. 185: <i>στύγῃ δὲ τε γέννη</i>	—
Lib. V. v. 12: <i>πρωῖστος, ὅτις</i>	28
v. 28: <i>πεντήκοντα δ' ὅτις</i>	—
v. 93: <i>κἄνθρωπος σὴν πᾶσαν ὀλεῖ γαῖαν κακότεχνος</i>	—
v. 109: <i>καὶ φῶτας ἀρίστους.</i>	29
v. 110: <i>εἰθ' οὕτως κρίσις ἔσται ἐπ' ἀφθίτου ἀνθρώ-</i> <i>ποισιν.</i>	28
v. 119: <i>βαθρηδὸν ὀλεῖται,</i>	31
v. 133: <i>καὶ Λακίθας [στρώσας] δάπεδον</i>	28
v. 152: <i>τούτων γὰρ προσηνέτος ὄλη</i>	—
v. 159: <i>πόντον βαθὴν αὐτὸν, καὶ Βαβυλῶνα</i>	29

		σερ.
	v. 166: μοιχεία	29
	v. 195: μελανόχροοι Ἴνδοί	31
	v. 197: Παγκλαίεστον Αἰβύνης δὲ τίς ἐξηγήσεται ἄτας;	28
	v. 252: πολεμόκλονον ἦχον	30
	v. 255: αὐταρ ἐπιστήσει	29
	v. 258: Ἐβραίων ὄριστος, ὅς ἤελίον τ' ἔστησε	28
	v. 267: τράπεζαν ἐπιστήσονται,	—
	v. 289: Αἰαὶ Σάρδις, αἰαὶ καὶ σὺ πολυήρατε Τράλλις	—
	v. 292: Αἰαίδι δὲ δνοφερῆ, Ἀνδῶν τε γένει πολυχρόσων	—
	v. 344: Ἔσται δ' αἰθέρος οὐρανὸν	29
	v. 355: ἐκθεσιάζοντας	—
	v. 382: Κούκτι τις ζήφειν πολεμίζεται	6
	v. 418: εἶλεν πόλιος πυρὶ	28
	v. 495: ἦδ' ὄστρακίνοισι	29
Lib. VI.	v. 28: ἦνίκα δ' ἀστράψῃ	32
Lib. VII.	v. 9: Πλευσί γῆ, πλεύσουσιν ὄρη	—
	v. 33: οἱ δὲ δὴ ἀγγελτῆρες	33
	v. 50: ἐκπρομόλον τὸ φέρονσ' αἰεὶ σημήιον ἀρχῆς	32
	v. 54: ἀλλ' αἰεὶ τυπάνοισι κρότοισιν τ' ἦχον ἔδωκαν	31
	v. 62: Τῦρε, σὺ δ' ἤλιθα λήψῃ· ἐνσσεβέων γὰρ μούνη	—
	v. 67: καὶ ἔπιτατο πνεύματι πολλῷ,	32
	v. 90: ἀμφαδόν' οἶο	—
	v. 96: μεταλλαχθήσῃ ἐς τέφρον	—
	v. 112: ποτε καὶ [σμαράγειον]	—
	v. 149: λευκοῖσιν ὁδοῦσι φάγονται	33
Lib. VIII.	v. 76: μεγαλανχίης	35
	v. 187: πιστολέται	34
	v. 196: κ. ὁ. π. τίσθ' ἱερὸς δολιόχροοτα πάντων	—
	v. 205: δ' ἐπανάστιας ἔσται	—
	v. 244: σῆμα δὲ τοι σφρηγίς, τότε πᾶσι βροτοῖς ἐπί- σημος.	—
	v. 303: καὶ πίνειν	36
	v. 305: Νασῶ τε σχισθῆ	21
	v. 361: Οἶδα δ' ἐγὼ	34
	v. 345: καίονσιν σάρκας τε καὶ ὅστωι μινέοντα	33
	v. 440: σὺ παιδί κτίσιως	34
	v. 450: καὶ χθῶν, καὶ χεῦμα	—
	v. 451: οὔρια [πάντα]	—
	v. 462: ἀχράντοισι θεὸν σοῖς κόλποις, παρθένε, δέξαι	—
	v. 480: βονπελάταις	35
	v. 488: Οὔποτε	34
Lib. IX.	v. 5: ἄπερ [ἔστιν]	36
	v. 31: Ἄλλ' ὅπῃτεν δεκάπληγος	—
	v. 33: αἰαὶ σὺ, Μίμρις, αἰαὶ μεγάλη βασιλεία	36
	v. 35: σοῦ πολὸν ἐξολέσειε λαὸν Ἐρυθραῖα θάλασσα	—
	v. 48: Υἱανοῦο νόος	—
	v. 55: πᾶσι τε Παμφυλλίοισιν, ἰδ' ἄλλοις πᾶσι βρο- τοῖσι.	—

	σεφ.
v. 62: πολυόλβος [ἄναξ]	36
v. 67: χυπὸ ζυγόν	—
v. 70: ἐπ' ἀντολήσι	37
v. 72: ἀλλ' ὅταν εἰκοστὸν δέκατον ἔτος ἐμβασιλεύσῃ	—
v. 74: ἔλευθέρϊόν τ'	—
v. 75: μονάδας δ'	—
v. 86: τὰ ἅπαντα	—
v. 92: σημεῖα	—
v. 94: ἐπὶ τέρμα χρόνοιο προσελθῶν	—
v. 95: ἔσονται δὴ τοῖς	—
v. 96: φήτραι ὅσαι, ὅσαι τε πόλεις, ὅσαι δέ τε νῆσοι.	—
v. 98: Εἷς ἔσται τούτων δέ	—
v. 101: μοίρας δέ	—
v. 102: μονάδας τ'	—
v. 104: σὺν Ἄρηι.	—
v. 106: αἰαῖ σοι, Πέρσις γαίη, πόσον ἔκχυμα δεῖξῃ	—
v. 117: ἔσται ἐπανάστιας ἀνδρῶν	—
v. 120: ἀνδρὸς ἐπὶ πληγῆν	—
v. 130: βασιλεὺς κλυτὸς ἀλχητῶν	—
v. 138: αἰαῖ ἢ ἐν τυκτὶ	—
v. 141: σήσει	—
v. 142: ἐπὶ νόστον στοιχήσει	—
v. 143: δὴ τότε καὶ δολίης δὲ πεσιεῖ ἐν χειρὶ γυναικός	—
v. 146: μέγαλον πυρὶ	—
v. 155: καὶ τότ' ἀναστήσει.	—
v. 164: σοφώτατον	—
v. 172: τελειωθῆ ἅπτερ εἶπον	—
v. 183: ὅσα δεῖ σ' ἀναιᾶσαι	—
v. 189: πεπτήκοντ' ἀριθμὸν δεκάκις δῆλον στοιχείων	—
v. 195: παῖς	—
v. 196: ἀρχομένοιο γένος δέ	—
v. 197: ἀληθεία	—
v. 199: πολλῶν δ' αὖ μερόπων ἀνδρῶν πόλιας τ' ἀλαπάξει.	—
v. 208: ἀριθμοῖο	38
v. 218: πᾶσι τε	—
v. 219: Αἴγυπτος δ' ὀπίταν	—
v. 225: εἰν ὀλίγοις ἔτεσιν	—
v. 230: Ἔσονται	—
v. 233: Μακηδονίοιο	—
v. 238. 241: μελάμβωλος	—

INDEX RERUM.

- Adiectiva composita cum *περι* et *περο* p. 35.
ἀίνας, ἀίνας p. 16.
caesurae in poetarum Alexandrinorum versibus p. 2. 3.
γελᾶσω p. 20.
ἐγρήγορθεν p. 21.
ἐκγελᾶω p. 20.
formae iterativae in *εσκον* p. 22.
θνήσκωμαι p. 21.
litterae vocabulorum in medio perperam geminatae p. 7.
ν ἐφελκυστικῶν in versuum clausulis p. 6.
nomina composita cum *ἀντι* p. 30.
paraschematista in *τιον* p. 33.
σα in commissura vocabuli compositi p. 31.
synizesis litterae *ι* p. 24.
vocabula Hesiodea in Sibyllinis p. 14. 17. 29. 35.
vocabula HomERICA p. 13. 17. 26. 29. 35.
vocabula recentia et nova p. 11. 19. 26. 29. 35.
vocabula a Tragicis petita p. 15. 18. 29. 35.
-

Lipsiae typis I. B. Hirschfeldii.



